

R. 3300

ANDRIA
P. Terētii omni

INTERPRETATIONIS GE-
nere, in adulescentulorum gratiam facilior
effecta: ut ex hac comœdia omnes de
inde alias ab eodem Comico con-
scriptas, nullo negotio adse-
quantur iuvenes bonâ
rum literarum stu-
diosi.

Addita est constructionis ratio, tum vulgaris (nempe
Hispanica) tum etiam Latina: Item scholia,
que selectiorum vocabulorum vim &
bene Latinarum locutionū for-
mulas continēt, corruptâq;
ac viciatam loquendi
consuetudinem
emendant.

de la Compagnie des Juyes de Sanada



LOVANIÏ,

Excudebat Servatius Sassenus, impensis

Viduae Arnoldi Birckmanni, Anno

M. D. XLIX.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



n. 3850

A N D R I A
P. Terētiū omni

INTERPRETATIONIS GE-
nere, in adolescentulorum gratiam facilior
effecta: ut ex hac comœdia omnes de
inde alias ab eodem Comico con-
scriptas, nullo negotio adse-
quantur iuvenes bona-
rum literarum stu-
diosi.

Addita est constructionis ratio, tum vulgari (nempe
Hispanica) tum etiam Latina: Item scholia,
que selectiorum vocabulorum vim &
bene Latinarum locutionū for-
mulas continēt, corruptāq;
ac viciatam loquendi
consuetudinem
emendant.

de la Compagnie de J. de S. J. de S. J.


LOVANI,

Excudebat Seruatius Sassenus, impensis

Viduae Arnoldi Birckmanni, Anno

M. D. XLIX.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



GRATIA ET PRIVILEGIO

Sacratissimi Romanorum Imperatoris
Caroli Quinti

Cautum est, ne quis alius præter Seruatium Sassenum, Terentij Andriam omni interpretationis genere in gratia adolescentulorum faciliorem effectam, addita ratione confectionis, & vulgari Hispanico, excudat aut vedat in hac Belgica proximo biennio. Præuaricatori Confiscatio huiusmodi librorum, & multa pecuniaria in poenam constituta. Actum Bruxellæ in Consilio Secreto die Aprilis duo decima. An. salutis. 1548. Ante Pasca. Subsignauit.

L. De Zoete.

CAROLVS STE-

phanus Amuso

suo S.



AVCOS inuenias Amuse, qui tuæ sententiæ subscribant: qui temere proferrant ac iudicent, eum, cuius operâ ac summa diligentia non nihil fuerit conscriptum, & Latine conscriptum: effi familiares suos in cõsiliu adhibuerit, ab hisq; vel sermonis venustatem, vel quodcunq; sibi vtilē sit visum (relata atq; habita amicis gratia) desumpserit: tamen authoris nomen iure non promeruisse. Nam si non est is author iure pronuntiandus, qui, quod opus conscripserit, cum amicis contulit, eorum opera, labore, vigilijs, addã etiam inuentionis dispositione vsus est: peto à te quid iam de Comico sentias, cui prælegendo atq; interpretandò nostris adolescentulis bonarum literarum studiosis nunc damus operam. Sitne dignus, qui nullam, aut (vt ipse censet) vanam operam præstitisse dici debeat in suis comœdijs? an sit saltem ea dignus autoritate ac nomine, cuius stilo conscriptæ atq; pronuntiatæ iudicari possint? Fatetur Terentius, multa ab autoribus Græcis se transfuisse: multa ab Apollodoro, multa à Menandro inuenta: quæ nihilominus ipse Latine fecerit, vt ex integris comœdijs Græcis, integras comœdias Latinas nobis relinquat. Quinetiam à M. Lælio, & Publio Scipione, quibus familiariter utebatur, plurimum adiutum fuisse certissimum est, vt ab his sermonis venustatem, sales, & quicquid ornatum ac bene coherere visum est, acceperit: quod & ipse non negat in Adelphorum prologo. Sunt præterea nonnulli, quibus placet, in suis comœdijs adiutum à Sulpitio Gallo, homine docto, qui primus fabulâs Iudis consularibus instituit: item à Fabio Labione, & M. Popillo consulari vtroq; ac poeta. Tu verò quid ad hæc Amuse? Nunquid tandem hi tibi digni videntur, qui hæc comœdias conscripserint iudicandi sint, & quod in disponendo atq; inueniendo iuuerint, & quod distinctum ornatu adhibuerint operam? Atqui huiusmodi viri

A ij quemad-

quemadmodum fuerunt graues, & dignitate & eloquentia, ita certe modestiam in ea re sua plurima apud omnes commendatione dignam reliquerunt, quod noluerint ob hoc sibi partem aliquam laudis arrogare, (cum tamen equum maxime videretur) nedum omnem sibi laborem adscribere. Neque vero Menandrum aut Apollodorum exifirimo (si vixissent) eod vnq impudētia peruenisse, qui molestē tulissent, id a se trāsumptum fuisse, quod honestum ac iustum esse videretur: cum praesertim eius rei multam accipiant à Comico gratiam. veruntamen eo quidam sunt ingenio, qui laborem suum aut in consulendo, aut etiam in dicendo ac docēdo, aequē faciant, ac fatum quoddam atq; oraculum Apollinis Delphico praeslantius: Sunt & alij pallio tenus eruditi, à quibus si quid iudicij quis paulo imprudētor aut infertior petat alicuius operis quod ipse conscripserit, atque elaborauerit: etiam si ij à quibus petitur consilium, ineptissimi fuerint, neque possint de ea re doctē atq; eruditē pronuntiare: tamen vicinq; prolatae sententiae suae non solum praemium maximum exigunt, verum etiam laudem omnē ac nomen aeternum operis, inexplebili quodam desiderio publice aucupantur. Quo quid vnquam dici aut excogitari potuit, post hominum memoriam perniciosius? Id vero si factum fuisset Comico nostro, nescio cuius dici deberēt comediae, quas nunc vides. Peto à te Amuse, Nihilne esse existimas, quod Terentius acceptam ab alijs comēdiarū inuentionem digesserit, in partes distribuērit, Latinas fecerit, & ita Latinas, vt neq; Graecae, neq; Atticae loqui videatur? adeo purus, lectus est eius sermo: faceret, neque tamen minus graues sententiae, sales vndiq; conspersi: deniq; nihil non ornatum, aut venuste compositum. Parumne esse putas, argumentum ab alio propositum, aut etiam inuentum locupletare, gratum auditoribus efficere, sermone terfo, facili, ac polito tale reddere, quale non iam amplius ab alio acceptum, sed in ipso fonte natum esse credas? Itaq; pretium ac laudem à populo, non quidem Menander, aut ij à quibus edoctus fuerat Terentius, acceperunt: sed is ipse qui comēdiarum autor iudicatus est: qui se etiam à Menandro factus est trāsumpsisse suas fabulas, atq; ab hominibus nobilibus adiutum a fidueq; vna scripsisse. Vides quam à Cicerone, C. Caesare, Valgio, & ceteris antiquis, laudem promeuerit Terentius,

etij

etij maleuolis quibusdam id mouerit stomachum. Nunq; autem excidit literarum gloria: plurisq; semper habebitur disponendi atq; eloquendi vis, q; quod ab alijs acceptū aut mutuatum erit. Hæc eod dico Amuse, non quo te ab ea sententia dimouere cupiam, quæ tibi iandudum infixā in animo est: sed saltem in eam opinionem adducā, vt ita de Terentio sentias: quasi de eo qui magnam nostris hominibus utilitatem attulerit, & in dicendo, & in eloquendo. Quam obrem existimandus est multo maiori laude dignus, q; ij à quibus suas desumpsit comēdias: quod rem disposuerit, Latinam fecerit, & bene Latinam. Cuius sermoni, nemine ex antiquis, in facilitate, & communi loquēdi formula praepo fuerim. Ea est ratio, quæ me induxit, vt non solum adolescentulis meis omnes ferē loquendi modos, qui quotidie ysurpari solent, exposuerim in Andria, sed etiam vulgatiōres fecerim, & corruptam enunciantis rationem non sine aliquo labore produxerim. Qui si tādē dignus videbitur, quem multi legant & praemanibus habeant, non est quod nobis, sed bonis autoribus potius, habeatur gratia. Si etiam minus, id verō ita accipendum erit, quasi bono ac beneuolo animo factum, in omnium literarum tyruncolorum gratiam.

A ij

INTERLOCUTO-
res Fabulæ.

Simo senex, A specie, quòd simi sint iracū
Pāphilus adolescēs, A fideli amore. (di.
Dauus seruus, A patria.
Dromo lorarius, A cursu.
Sofia libertus, Quòd sit in bello seruatus.
Charinus adolescēs, A beneuolentia animi.
Birria seruus, A patria.
Crito hospes, Quòd controuersia dirimat,
Chremes senex, Quòd senes tussi expurgēt pe
Glyceriū meretrix, A voluptate. (ctus.
Mysis ancilla, A Mysia patria.
Lesbia obstetrix, A Lesbo insula.

ARGUMENTVM TOTIVS
Fabulæ, ex Donato.

CHREMES Atticus, pater Pasibulæ & Philume-
 næ, cum ex his duabus se Pasibulam perdidisse Athe-
 nis falsò crederet, nec uisam multo post tempore: tã-
 quam unicam sibi putabat Philumenam, quam Charinus
 adolescens Atheniensis adamabat unicè, sibiq; petebat uxò-
 rem. Sed Pater eam Pamphilo cuidam Simonis filio vl-
 trò desponderat: qui Pamphilus, contrà (sororem Chrysidis
 ac peregrinam tum creditam) Pasibulam supradictam alte-
 ram Chremetis filiam, sub nomine Glycerij latentè sic a-
 mauit, ut ex ea filium susceperit incio patre. Qua re intel-
 lecta, commotus Simo pater Pamphilum, dum per falsas nu-
 ptias tētat animum filij, ipse multis dolis à Dauo seruo de-
 luditur: periculòque Charini & Pamphili notus error in
 fabula, usque ad eum finem ductus est, dum Athenas ueni-
 ens Andrius quidam Crito, rem aperiat, & nodum fabu-
 læ soluat: per quem agnita Pasibula, recipitur à parenti-
 bus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena uerò Cha-
 rino desponderur, & traditur exoptati.

CAII SVLPITII APOLLINARIS
PERIOCHA.

Sororem falsò creditam meretriculæ,
 Genere Andriæ Glycerium, uiciat Pamphilus.
 Grauidiq; facta, dat fidem, uxorem sibi
 Fore hanc, nam aliam pater ei desponderat
 Gnatam Chremetis, atq; ut amorem comperit,
 Simulat futuras nuptias, cupiens suus
 Quid haberet animi filius, cognoscere.
 Dauī suasu non repugnat Pamphilus:
 Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulum
 A iij Chremes

Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.
 Mox filiam Glycerium in sperato agnitam
 Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

CONSTRUCTIO.

Pamphilus) Simonis filius, à fideli amore sic cognominatus

Vitiat) corrumpit, Corrompe.

Glycerium) virginem, à voluptate sic appellatam, Vna donzella dicha Glycerio.

Creditam) existimatam [ab omnibus]

Falsò) temerè, Falsamente pensada. [esse]

Sororem meretriculæ) cuiusdam mulierculæ meretricis, Ser hermana de una ramera.

Genere Andriæ) quæ muliercula nata erat ex Andro insula, La qual era nascida en una isla dicha Andros. hoc est, Ea Glycerium, per id tempus quo subducebatur à Pamphilo, fuit temerè ab omnibus vicinis, atq; ad eò ab ipsomet Pamphilo, existimata soror cuiusdam meretriculæ Chrysidis nomine, cum qua vivebat, cum qua etiam illic venerat ex Andro insula, vnde nata erat ipsa Chrysis.

Que) & [ipsa Glycerium]

Facta grauida) à Pamphilo [hoc est, posteaquam Pamphilus eam fecisset Grauidam] Despues que fue enpreñada. Dat fidem) verè ex animo promittit, Dióle su fe, y palabra.

Hanc)

Hanc) Glycerium

Fore vxorem sibi) quòd futura esset vxor sua, se eam accepturum in vxorem, Que seria su muger, que la tomaria por muger.

Nam) etenim Pater) Pamphili [Simone] Porque Simon el padre de Pamphilo

Desponderat) promiserat [se daturum]

Ei) Pamphilo filio suo

Alia) adolescentulã in vxorẽ; Auiã le prometido otra por muger, o en casamiento. [nempe]

Gnatam) filiam

Chremetis) senis vicini, ab expurgãdo pectore sic dicti, Que era hija de Chremes.

Atque vè) & quando [ipse Simo]

Comperit) deprehendit

Amorẽ) [fili] sui alio esse distractũ Vbi rescivit filiũ suum amare. Y quando el dicho Simon supo que su hijo amava, o el amor de su hijo.

Simulat) [Simo] fingit

Nuptias futuras) se velle facere nuptias filij [cum ea quam ei desponderat] Finge que quiere hazer de presto las bodas de su hijo con aquella que le auia prometido.

Cupiens) desiderans [ex hac simulatione]

Cognoscere) scire, intelligere, Descando conoscer y saber. Quid filius) suus Pãphilus

Haberet animi) in animo, quo animo esset Pãphilus, quid filius suus cogitaret, Que pensava

pensamiento tenía su hijo.

Pamphilus non repugnat) non contradicit [patri] No contradize a su padre.

Suasu Dau) consilio & admonitione callidi serui, cui Dauo nomen erat, Por el consejo de un astuto seruo y criado dicho Dauo.

Sed) verum Vt) quando

Chremes) senex, pater filiae quam desponderat Simo Pamphilo filio suo

Vidit) cognouit, intellexit, Mas quando Chremes padre de la donzella, que simo desposara con Pamphilo su hijo, uio y entendio.

Puerum natum ex Glycerio) filiolū suscepisse Pamphilū ex Glycerio, vel Glycerium peperisse natum Pamphilo. Que era nascido de Glycerio un niño.

Recusat nuptias) negat se facturum nuptias de filia sua cum Pamphilo, contradicit nuptijs quominus fiant, Refusa de hazer las bodas y no quiere consentir que se haga el casamiento.

Abdicat) recusat

[Pamphilū] generū) pro genero. Renuit Pamphilū in generum, No lo quiere por yerno.

Mox) protinus, Luego.

Agnitā insperato) vbi p̄ter sp̄ cognouit Glyceriū) [esse] filiam) [suam] Chremetis. hoc est, vbi ille Chremes praeter sp̄ cognouit, Glycerium esse yerā filiam suam [nēpe per

per Critonis hospitis Attici verba, qui conuouerfias diremit] Quando Chremes sup̄ suera de lo que pensaua, o sin esperar lo, que Glycerio era su uerdadera hija. Dat hanc) scilicet Glycerium

Coniugē Pāphilo) in coniugē, pro cōiuge, Da la por muger, y en casamiento a Pamphilo.

[Et dat etiam] aliā) nempe Philumenam, Y da tambien la otra su hija, que se llamaua philumena.

Charino) alteri amanti, cui nomen id fuit ab animi beneuolentia inditum, A Charino, que primero auia sido su enamorado.

SCHOLIA.

Dare fidē matrimonij, Prometer, y dar la fe del casamiento. Terent. Eunuchus, Do fidē ita futurum, Yo te prometo que sera assi. Dare fidē hosti, A segurar su enemigo con la fe y palabra q̄ se da. Dare igitur fidem, magis est, q̄ promittere, eamq̄ vim habet, quasi diceremus dextris iunctis, quod est fidei signū, aliquid polliceri. vt q̄ dextra fidē significat, & dare dextrā dicam⁹: itidem etiam liceat proferre, dare fidem.

Despondere filiam aut uirginem alicui, Desposar, y cōcertarse. Cic. ad Atticū, Tulliolam C. Pisoni frugi despondimus, Yo he prometido mi hija Tulliola a C. Pison buen casero. Hinc desponsam appellare licebit, Cosa prometida y cōcertada, ea ratione qua desponsam & destinatā laudē dixit Cicero: Cui (inquit) me praeripere despon

desponsam & destinatam laudem valde efficit iniquum, *Al qual quitarle la loa que le esprometida seria cosa injusta y sin razon.* Desponsam etiam prouinciam vocat, quæ promissa est alicui à Senatu, vt ad eam administrandam proficiscatur, nondum autem decretâ. Nam decreta prouincia ex Senatusconsulto, & decreto Senatus intelligebatur. Habere (inquit Cicero) prouinciam debet is, vt eam desponsam, non decretam, habere videatur.

Comperire, *Hallar.* per metaphoram ad animam transfertur. hoc est, certis indicijs re aliquâ agnoscere & intelligere aut accipere. Cic. pro Cluentio, Nihil testibus, nihil tabulis, nihil graui aliquo argumento cõperit, *No hallo nada, ni por testigos, ni por escripturas, ni por algunas razones graues y firmes.* Liuius, Cõperit certis indicijs, re nõ esse vanam, *Supo y hallo por ciertas muestras y señales no ser la cosa fingida.*

Simulare, fingere, *Fingir lo q̄ no es y cõtrahazer.* Cic. de Amicitia, Litigare se simulâs, *blãdiẽ, Fingendo y haziedo como q̄ contiende balaga.* Plaut. Oia se simulât scire, nec quicquã sciũt, *Hazer como q̄ sabẽ todas las cosas, y no sabẽ nada.* Corruptè dicitur, *Faciũt de bene doctis & nihil intelligũt.* Ira quoq; dicimus, Simulare morbũ aut ægritudinẽ. *Hazer como que esta enfermo, hazer del enfermo.* Vndè simulata mēs, simulat⁹ animus, & sic

& simulata mente loqui. Cupere, desiderare, affectare, appetere aliqd, *Desear alguna cosa.* Cupit te cõuentũ, *Dessea hablar te.* Cupit te videre, *Dessea uer te.* Corruptè dicitur, Ipse bene vellet te videre.

Repugnare, obsistere, esse alterius opinionis aut sententiæ, *Contradexir y ser de otra opinion, y parescer.* Cic. Resistere & repugnare cõtra veritatẽ nõ audet, *No osa contradexir, o dexir al contrario de la uerdad.* Fac qd̄ voles, ego nunq̄ repugnabo. *Haz lo q̄ querras q̄ yo nunca ire al contrario.* Alij dicũt Ego nunquã ero tibi cõtrarius.

Recusare nuptias, *Rehusar las bodas.* Recusare munus legationis, *Rehusar el cargo de la embaxada.* à causa deductum esse videtur, quasi propter aliquam causam renuere: vt ab ijs tractum sit, qui ad aliquam causam agenda conuocati aut asciti, onus reijciunt. Vndè Non recuso, pro Non eo inficias, vel nõ nego, nõ renuo. Nõ recusabo, quo minus oēs mea legãt, *Yo no rehusare, q̄ cada uno le ya mis cosas.*

Abdicare aliquem generum, repudiare, *No querer tener y renunciar, alguno por yerno.* Abdicare filiũ aut filiã dicitur pater, scilicet Pellere à bonis suis dũ viuít, *Desheredar al hijo en la uida.* Abdicatur quoq; aliquis, tũ maxímè, quãdo ad aliquod munus receptus, tanquam ad id obeundum ineptus, reijcitur.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVL
VIO ET M. GLABRIONE AEDILIBVS
CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS
TVRPPIO, L. ATILIVS PRÆNESTI
NVS. MODOS FECIT FLACCVS, CLAV
DII FILIVS TIBIIS PARIB. DEXTRIS
ET SINISTRIS, ET EST TOTA GRÆ
CA, EDITA M. MARCELLO, CN. SVL
PITIO COSS.

PROLOGVS.

ARG. Omnis huius prologi intentio hoc agit, vt nouo
poetae veniam paret, & veteri odium. & quàm maximè mo
destum, minimèq; errantem Terentium probet. Cæterum
cum proposuisset poeta noster in prologis argumenta nar
rare, hoc impurat Lucio Lauinio aduersario, qui eum face
re nõ permittit quod proposuerat, maledictis suis ad respon
dendum eundem prouocans.

POETA, quum primũ animũ ad scribendũ appulit,
Id sibi negotii credidit solum dari:
Populo ut placerent quas fecisset fabulas.
Verũ aliter cœntrire multo intelligit.
Nam in prologis scribundis operam abutitur:
Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli
Veteris poetae maledictis respondeat.
Nunc quàm rem uitio dent, quæso animum aduertite.
Menander fecit Andriam & Perinthiam.
Qui utranuis rectè nõrit, ambas nouerit.
Non ita distimili sunt argumento, sed tamen
Distimili oratione sunt factæ, ac stilo.

Quæ

Quæ conuenere, in Andriam ex Perinthia
Fateatur transfulisse, atque usum pro suis.
Id isti uituperant factum: atq; in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt na intelligendo ut nihil intelligant.
Qui cum hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium
Accusant: quos hic noster authores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quàm istorum obscuram diligentiam.
Dehinc ut quiescant, porrò moneo, & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua.
Fauete, adeste æquo animo, & rem cognoscite,
Vt pernoscat, & quid spei sit reliquum:
Posthac quas faciet de integro Comœdias,
Spectandæ, an exigendæ sint nobis prius.

CONSTRUCTIO.

Quũ primũ) Quando primũ, Quando prime
ramente, o luego que. Poeta) is qui cõscripsit
hanc comœdiam [nempe Terentius] El poeta.
Appulit) addidit
Animum) mentem, Puso su animo.
Ad scribendũ) [comœdias] A componer y
escreuir. Hoc est, Quãdo primũ poeta induxit
sibi in animũ, vt scribere [comœdias] Cum
primũ poeta [qui hãc scripsit comediã] cœs
pit. animũ adijcere ad scribendas comœdias,
Luego que el poeta, o el autor desta comedia puso y ap
plico su animo y entendimiento a escreuir.

Credis

Credidit) credebat, existimabat, *Pensaua, creyaua.*
 Id solū negoti dari sibi) se nullū præterea
 negotiū habiturū. Quod tantū haberet hoc
 negotiū, *Que no tuuiera otro negocio, ni otra cosa que*
hazer. [Quam] vt) [eae fabulæ]

Quas fabulas fecisset) quas faceret, aut scrip-
 sisset, *Que las comedias que auia hecho.*

Placerent) iucundæ essent, placuissent

Populo) auditoribus, *Fuesen agradables al*
pueblo. Verum) Atqui, sed [nunc]

Intelligit) percipit, cognoscit, *Mas el conoce,*
y sabe bien.

Rem) negotium suum

Euenire) accidere, se habere

Multò aliter) longè aliter [ac credidit] *El*
negocio uenir mucho de otra manera que no pensaua.

Nam) [ipse poeta]

Abutitur operam) ludit operam, frustra
 nauat operam. *Porque pierde su trabajo.*

In scribendis prologis) in scribendo pro-
 logo, dum scribit fabularum ingressus &
 exordia, *En escriuir prologos.*

Non qui) vt

Narret) recenseat

Argumentum) thema [fabulæ] Non in
 recitatione thematis vel sensus comedie,
No en dezir el sentido la summa y argumento de la
comedia.

Sed

Sed) [potius] Qui [vt]

Respondeat) in respondēdo, *mas en responder.*
 Maledictis) criminationibus, conuictis.

Veteris poetæ) antiqui comici [nempe Lu-
 cii Lauiii, qui senex adhuc ædebat fabu-
 las, adulescētulo tunc Terentio] *a las iniurias, y*
denuestos de un poeta antiguo llamado Lucio Launio.

Nunc) Agedum, modò, Agora, o por el presente.
 [ò spectatores]

Quæso) [vos] obsecro vos, *yo os ruego.*

Aduortite animū) attendite, audite. *o yd, y escu-
 chad.*

Quam rem) quidnam sit illud
 [quod isti maleuoli] Dent [nobis] vitio) eri-
 mini. Quid culpent in nobis. Quid in nobis
 tanquam vitium imponant sectatores ve-
 teris comici. *que es en lo que nos reprehendan los*
que siguen al antiguo poeta hazedor de comedias.

Menander) poeta Græcus [à quo Terentius
 transtulit suas comedias]

Fecit) cōscripsit, cōposuit [Græce] *compuso.*

Andriam) comediam,

Et) [composuit etiam]

Perinthiam) alterā comediam quæ Perin-
 thia vocata est, *la comedia Andria, y tambien la Pe-
 rinthia.* Poeta cum desumpserit & mutuatus
 fuerit suam Andriam Latinam ex Perin-
 thia Græca Menandri, non veretur dicere
 vtranque esse Menandri.

B

Qui no

Qui nôrit) cognouerit,
 Rectè) exactè, facillè
 Vtranuis) vnâ & alterâ earû comœdiarum,
 Quæ supiere, o ouiere oydo hablar dela una, o dela otra.
 Nouerit ambas) vtranque compertam habuerit. Hoc est, qui vnâ earum audierit, æquè cognouerit, ac si ambas audiisset, aut vidisset. *Las fabra entrambas a dos.*
 Non sunt) [eæ ambæ comœdiæ]
 Argumêto) sensu & inuentione. Ita) ad eod.
 Dissimili) [inter se] non vsque ad eod dissidēt & differunt inter se argumêto. Nō habet vtraq; comœdia argumētū multū dissimile. *Nō son muy diferentes en materia la una de la otra.*
 Sed tamen) nihilominus [ambæ comœdiæ]
 Sunt factæ) conscriptæ, *Mas toda uia son hechas.*
 Oratione) sermone,
 Ac stylo) phrasi, dicendi modo, ac ratione
 Dissimili) differenti, vario, [inter se] *De diverso estilo y manera.* Hoc est, Variant hæ comœdiæ inter se non quidem inuentione & argumento, sed tantum stylo ac sermone. Nam Perinthia Menandri Græca est, Græcâque habet Phrasim: Andria Terentij Latina est, Latinisq; salibus atque elegantijs venusta.
 Fatetur) cōfiteatur, non negat, nō it inficias. s. [poeta] *Confiesa lo concede.*

[Has

[Has] transtulisse) quod transtulerit & trastruxerit. *Que saco y traduxo.*
 Ex Perinthia) comœdia Græca Menandri, *De la comedia de Menandro dicha Perinthia.*
 In Andriâ) comœdiâ suâ Latinâ. *En su Andria.*
 [Ea] quæ conuenere) quæ visa sunt conuenire, & apta esse ad suam comœdiam. *Lo que le parescio que quadrava bien.*
 Atq; & [fatetur poeta se]
 Vsum) [fuisse ijs] in vsum suum conuertit se ea quæ transtulerat, & sibi conuenire visa sunt, *En auer usado.*
 Pro suis) tanq; suis, ac si sua fuissent. *Como de cosas suyas.* Isti) sectatores Lucij Lauinij veteris Comici. Vituperant) calumniantur. Id factū) quod id fecerit poeta, vituperan tal hecho. Atq; disputant) argumentantur, immorantur. *y disputan.*
 In eo) quo ad id, circa id, *Quanto a aquello.* [quod dicant]
 Non decere) nō esse honestum. *No ser honesto.*
 Fabulas) comœdias [aliorum]
 Contaminari) pollui. Hoc est, Non debere, & minus esse iustum aut æquum, ita contaminare comedias aliorum. *Decorromper ansi las comedias de los otros.* Næ) Geritè, profectò, *Por cierto.* [isti calumniatores]
 Faciunt) committunt, *Hazen y se muestran.*

B ij

Intel

Intelligendo) dum videri volunt intelligere, & sapere. *pensando que lo entienden.*

Vt nihil intelligant) vt rem de qua loquuntur, penitus ignorēt, *que no entienden nada.* Hoc est, dum se putant intelligere, quod calumniantur, planè ignorant quid, vel quo pacto accusent.

Qui) [sectatores veteris comici] *los quales.*

Dum accusant) conuittantur, calumniantur, reprehendunt, *quando acusan y reprehenden.*

Hunc) Terentiū Latinum poetā, *a este poeta.*

Accusant) [etiam]

Næuium) poetam antiquum,

[Et] Plautum) [item etiam]

Ennium) antiquos, & inter Latinos celebres poetas, *acusan tambien a Neuiio, Plauto, y Ennio.*

Quos) poetas celebres, *los quales.*

Hic) [poeta]

Noster, cuius acturi sumus comœdiam: nēpe Terentius, *este nuestro poeta.*

Habet authores) imitatur tanquā authores earum rerum, quas illi calumniatur. Hoc est, quorum exemplo trāstulit ex Græcis quæ sibi conuenire visa sunt, *tiene y imita como por autores de tales cosas.*

Quorum) antiquorum poetarum.

Negligentiam) ignauitiam [in aliorum argumentis transferendis, non suo ingenio confingendis]

fingendis] *la negligencia de los quales.* [Hic noster poeta potius exoptat) citius cupit Aemulari) insequi, imitari, *quiere mas imitar.* Quam diligentiam) obscuram) curiosam) & nimis affectatam solertiam, *que la diligencia escabrosa y curiosa.*

Aliorum) poetarum [in argumentis inuenendis ac confingendis] *de otros.*

Dehinc) Cæterum, *En lo de mas* [Ego comœdus] moneo) sectatores huiusmodi) suadeo, *yo les amonesto.* Vt porro quiescant) in futurum taceant, *que callen de aqui adelante.*

Et) [vt] Desinant) cessent

Maledicere) calumniari, conuittari: hoc est, maledictis finem imponant, cessent à maledictis, *cesen de mal dezir.*

Ne ipsi noscant) percipiant

Maledicta sua) suos errores: hoc est, ne detegantur sua crimina, ne intelligant sua vitia, *si no quieren conoscer, y que se descubran sus faltas.*

Hoc est, ne si dixerint quæ volent, quæ nolint audiant. [itaque benigni spectatores]

Fauete) [nobis,] præstare nobis, vel facite fauorem, *Dad nos fauor.*

[Et] adeste [nobis] Animo æquo) benignè nos audiat, dum hanc comœdiam recensēbimus, *no os enbasteis.*

Et cognoscite) intelligite, compertum habete,

B in bete,

bete. *Y entendad.*

Rem) [nostram] hoc est, hanc comœdiam.
Nuestra cosa, y negocio.

Vt pernoscat) [eã] perfectè intelligatis totum negotium, quod vobis in hac comœdia præponetur. *Porque entendays perfectamente.*

Et) [cognoscatis ex ista comœdia]

Quid sit reliquum spei) quã spem debeatis habere reliquarum comœdiarum, quã deinde vobis spectandas proponemus. *Que esperança aya ys de auer de las comedias, que de aquí a delante os representaremos.* vel, Quid spei sit reliquũ, quæ spes futura sit reliqua aliarum comœdiarum. *Que esperança os quedara de las otras.*

Quam deinde, vel postremo spẽ habere debetis, hac visa comœdia. Vel, Videte & cognoscite ex hac comœdia, quæ tandem spes vobis relinquitur ad iudicandum.

An) nunquid [comœdiæ] si por uentura [Comœdiæ] quas comœdias) [poeta]

Faciet posthac) deinceps, in futurum. *Las comedias que hara de aquí adelante.*

De integro) denuo, De nueno, vel, de integro, ex integris Græcis.

Sint) erunt, Prius spectandæ vobis) potius à vobis probandæ inter spectandũ: debent potius à vobis spectari & probari. *Han de ser antes apronadas de nosotros.*

An

An [potius] exigendæ) quàm explodendæ, vel reprobandæ. *Que reprobadas y cchadas suera del teatro.*

SCHOLIA.

Appellere animũ ad aliquid. *Dar se, y poner su entendimiento en qual quiera cosa.* Sic etiã Appellere mentẽ ad philosophiã, pro eo quod addicere, vel inclinare dicimus: quod corruptè quidã efferunt, Ponere suũ ingeniũ. *Aplicar su entendimiento e ingenio al estudio de la philosophia.* Cic. de Oratore, Timidè, tanq̃ ad aliquẽ libidinis scopulũ, sic tuam mentẽ ad philosophiam appulisti. *Tu as allegado y aplicado tu entendimiento a la philosophia tã temerosamente, como si te ouieses allegado a una roca, o peña de deleytes.* Applicare etiã dixit Terentiũ in sequẽtibz, Ipsum animũ ægrotũ plerũq̃ ad deteriorem partẽ applicat. Et Plautus, Certũ est ad frugẽ applicare animũ. cũ tamẽ propria vtriusq̃ verbi significatio de nauibus dicat, quæ ad littus aut portũ perueniunt. Cic. Appellitur nauis Syracusas. Virg. Quæ vis immanibus applicat oris. Vndè q̃ ad aliqd̃ pueniũt, ad id animum appulisse & applicuisse dicuntur.

Dare negotiũ alicui, cõmittere ei aliquid agendum in nostram gratiã aut vtilitatẽ. *Dar cargo alguno.* Cic. Ruffo. Non habui, cui potius id negotij darem, quàm tibi. *Yo no halla*

B iij

quien

quien mejor dar este cargo que a ti. Multo aliter quod dixit Terentius, Cicero prótulis. Multo secus, *bien de otra manera.* Multo fecus euenit atq̄ existimasti, *vino bien de otra manera, que tu no pensauas.*

Abuti operā, *perdere operam, perder el trabajo.* Abuti opera, *male vti opera, vfar mal del trabajo.* Hoc est, *alibi consumere operam q̄ vbi decet.* Sic Abuti otio & literis, *apud Ciceronem, vfar mal de las letras y estudio.* hoc est quod vulgò dicitur, *Male versari circa studium & literas.* Ita etiam Abuti viribus corporis dicitur, *qui præter decorum, & in re minus necessaria & honesta vtitur viribus corporis, que emplea la fuerça de su cuerpo en mal.*

Dare vitio alicui quod aliquid fecerit, *pro reprehendere & culpate, Reprehender y culpar.* Cic. 2. Off. Nec Marco quidem Seio vitio datum, *quòd in caritate annonæ affe modium dedit populo, Y no le fue reprehendido a Marco Sejo, por auer dado al pueblo en tiempo de carístia, o que diese, el celemin a una tarja.*

Aduertere animum ad aliquid, *attente & diligenter intendere.* Con atencion y diligencia, *o yr o pensar algo.* Sic Virg. 8. Aeneidos, *Atq̄ huc aduertite mentem, Bolue aca y torna uuestro entendimiento.*

Non ita, *pro non valde, elegãter sumitur.* Quintil.

Quintil. Vnam de schola controuerſiam, *non ita sanè difficilem, aut nouam propositionem exemplum.* Yo os proponne por exemplo una duda y question de la escuela, y no difficultosa, o nueua. Cic. in Verrem, Tadius non ita multum tecum fuit. *Tadio no estiuo mucho tiempo contigo.* Idem, De his non ita valde laboro. *Yo no me doy mucho por esso.*

Non decet, *nò est æquũ, honestũ, iustum, No pertenesce, no es iusto, ni conueniente.* Non decet adolescentem ingenuum quotidie nugari. *No conuiene a un mancebo honesto de todo el dia enteder en uanidades, o desuariar en uanas palabras.*

Contaminare, *conspurcare, manibus luto oblitis polluere, inquit Donatus.* Ensfuziar con las manos en lodadas. Contaminare aliquid vitij. Cic. Corromper con uiaos algun negocio.

Contaminare veritatem mendacio. *Ensfuziar la uerdad con mentira.*

Habere autorem aliquem rei alicuius, *pro imitari aliquem in re aliqua.* Huius vocabuli habeo Ciceronẽ authorem. hoc est, *in hoc vocabulo imitor Ciceronem.* Yo sigo a Ciceron en este uocablo.

Aemulari, *in bonam & malã partem sumit, quẽadmodũ æmulatio.* Cic. 4. Tuscul. Aemulatio dupliciter dicit, *vt in laude & in vitio nomen hoc sit. Nã & imitatio virtutis, æ*

tis, æmulatio dicitur. Ea est æmulatio, ægritudo: si eo quod quis conceperit, alius partiat, ipse careat.

Cognosce ut pnoscas, eleganter dictū. hoc est, ita attēde & aduerte, vt tādē pfectē & exactē rē oēm cognouisse iudicaris. Sic quoq, vigilare leue esse, dixit qdā, puigilare graue.

Deintegro aduerbium elegās, pro denuo, De nueuo. vt, Ratio deintegro ineunda est mihi. Es mēester, que torne hazer la cuenta de nueuo. Deintegro incidere in morbum. Tornar de nueuo a caer malo. Deintegro scribere. Escreuir de nueuo. Cicero ad Atticum.

Exigitur fabula, cum displicet, inquit Donatus, Echarla fuerā, no recebirla. Sic quoque per translationem Exigere ex corpore mærorem, dixit Plautus, Echar la tristeza y molestia del cuerpo. Et Exigere lassitudinem ex corpore, dixit idem, Echar el cansancio, o des cansar.

ACTVS PRIMI, SCENA
Prima.

ARG. Simo narrat liberto primum honestam filij vitam, deinde amatoriam. Ad extremum aperit, quo consilio se daturum illi vxorem simulare statuerit.

SIMO senex. SOSIA libertus.

VO S isthæc intrò auferte: abite. Sofia, Ades dum: paucis te uolo. SO. dictum puta: Nempe ut curentur recte hæc. SI. imò aliud. SO. quid est

Quod

Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?

SI. Nihil isthac opus est arte ad hanc rem quam paro: Sed his, quas semper in te intellexi sitas,

Fide & taciturnitate. SO. expecto quid uelis.

SI. Ego postquam te emi à paruulo, ut semper tibi

Apud me iusta, & clemens fuerit seruius,

Scis. feci, e seruo ut eses libertus mihi,

Propterea quòd seruiebas liberaliter,

Quod habui summum pretium, persolui tibi.

SO. In memoria habeo. SI. haud muto facti. SO. gaudeo

si tibi quid feci, aut facio, quod placet simo: &

Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam.

Sed mihi hoc molestum est: nam isthæc commemoratio,

Quasi exprobratio est immemoris benefici.

Quin tu uno uerbo dic, quid est quod me uelis.

SI. Ita faciam hoc primum in hac re. prædicotibi,

Quas credis esse has, non sunt ueræ nuptiæ.

SO. Cur simulas igitur? SI. rē oēm à principio audies,

Eo pacto & gnati uitam, & consilium mecum

Cognosces, & quid facere in hac re te uelim.

Nam is postquam excessit ex ephebis Sofia,

Libertus uiuendi fuit potestas. nam antea

Qui scire posses, aut ingenium noscere,

Dum ætas, metus, magister prohibebant? SO. ita est.

SI. Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli:

Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos

Alere, aut canes ad uenandum, aut ad philosophos:

Horum ille nihil egregiè, præter cetera,

Stude=

Studebat: & tamen omnia hæc mediocriter.
 Gaudebam. S O. non iniuria: nam id arbitror
 Adprime in uita esse uile, ut **NE QUID NIMIS.**
SI. Sic uita erat: facile omneis perferre ac pati
 Cum quibus erat, cumq; unâ his sese dâdere,
 Eorum obsequi studijs: aduersus nemini:
 Nunquam praeponens se illis: ita ut facillimè
 Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.
 S O. Sapienter uitam instituit, nanq; hoc tempore
OBSE QVIVM amicos, ueritas odium parit.
SI. Interea mulier quædam abhinc triennium
 Ex Andro commigrauit huic uiciniæ,
 Inopia, & cognatorum negligentia
 Coacta, egregia forma, atq; ætate integra.
 S O. Hei, uereor ne quid Andria apportet mali.
SI. Primum hæc pudicè uitam, parçè, ac duriter
 Agebat, lana ac tela uictum queritans.
 Sed postquam amans accessit pretium pollicens,
 Vnus & item alter (**ITA VT** ingenium est omnium
 Hominum à labore procliuè ad libidinem)
 Accepit conditionem: dein quæstum occipit.
 Qui tum illam amabant, fortè (ita ut fit) filium
 Perduxere illuc secum, ut unâ esset, meum.
 Ego met continuo mecum: Certè captus est,
 Habet. Obseruabam mane illorum seruulos
 Venienteis, aut abeunteis, rogitabam, Heus puer,
 Dic fodes: quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ
 illi id erat nomē. S O. teneo. **SI.** Phædrum, aut Cliniam
 Dicebant,

Dicebant, aut Niceratum. Nam hi tres tum simul
 Amabant. Eho quid Pamphilus? quid? s ymbolum
 Dedit: coenauit. gaudebam. Item alio die
 Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
 Quidquam attinere. enimuero spectatum satis
 Putabam, & magnum exemplum continentia.
 Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi,
 Neq; commouetur animus in ea re tamen:
 Scias posse habere iam ipsum suæ uitæ modum.
 Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
 Bona dicere, & laudare fortunas meas,
 Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
 Quid uerbis opus est? hac fama impulsus Chremes,
 Vltro ad me uenit, unicam gnatam suam
 Cum dote summa, filio uxorem ut daret.
 Placuit, de spondi: hic nuptijs dictus est dies.
 S O. Quid obstat, cur non uerè fiant? **SI.** audies.
 Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
 Chrysis uiana hæc moritur. S O. ô factum bene.
 Beasti, metui à Chryside. **SI.** ibi tum filius
 Cum illis qui amabant Chrysidem, unâ aderat frequens,
 Curabat unâ funus. tristis interim,
 Nonnunquam conlachrumabat. placuit tum id mihi,
 Sic cogitabam, Hic parua consuetudinis
 Causa, mortem huius tam fert familiariter:
 Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
 Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij,
 Mansuetiq; animi officia: quid multis moror?
 Ego

Egomēt quoq; eius causa in funus prodeo,
 Nihil suspicans etiā mali. S O . hem quid est? S I . scies.
 Effertur, imus. Interea inter mulieres,
 Quæ ibi aderant, fortē unam aspicio adolescentulam,
 Forma. S O . bona fortasse. S I . & uultu Sofia
 Adeò modesto, adeò uenusto, ut nihil suprā.
 Quia tum mihi lamentari præter cæteras
 Visa est, & quia erat forma præter cæteras
 Hønesta & liberali, accedo ad pedissequas:
 Quæ sit, rogo. sororem esse aiunt Chrysidis.
 Percussit ilico animum, At at, hoc illud est:
 Hinc ille lachrum.e: hæc illa est misericordia.
 S O . Quam timeo, quorsum euadas! S I . funus interim
 Procedit. sequimur, ad sepulchrum uenimus.
 In ignem posita est. fletur. Interea hæc soror,
 Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius
 Satis cum periculo. ibi tum exanimatus Pamphilus
 Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat.
 Adcurrit, mediam mulierem complectitur.
 Mea Glycerium (inquit) quid agis? cur te is perditum?
 Tum illa, ut consuetum facile amorem cerneret,
 Reiecit se in eum flens quā familiariter!
 S O . Quid ais? S I . redeo inde iratus, atq; ægrè ferens.
 Nec satis ad obiurgandum causæ diceret,
 Quid feci? quid commerui, aut peccavi pater?
 Quæ sese uoluit in ignem iniicere, prohibui,
 Seruauit. honesta oratio est. S O . rectè putas.
 Nam si illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit:

Quid

Quid facias illi, qui dederit damnū aut malum?
 S I . Venit Chremes postredie ad me clamitans,
 Indignum facinus comperisse, Pamphilum
 Pro uxore habere hanc peregrinam. ego illud sedulo
 Negare factum. ille instat factum, denique
 Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam
 Neget daturū. S O . nō tu ibi gnati? S I . ne hæc quidem
 Satis uehemens causa ad obiurgandum. S O . qui cedo?
 S I . Tute ipse his rebus finem præscripsisti pater:
 Propè est, quum alieno more uiuendum est mihi.
 Sine nunc meo me uiuere interea modò.
 S O . Quis igitur relictus est obiurgandi locus?
 S I . Si propter amorem uxorem nolit ducere,
 Ea primū ab illo est animaduertenda iniuria.
 Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias,
 Vera obiurgandi causa sit, si deneget:
 Simul sceleratus. Dauus. si quid consili
 Habet, ut consumat nunc, cum nihil obsint doli.
 Quem ego credo manibus pedibusq; obruxè omnia
 Facturum, magis id adeò, mihi ut incommode,
 Quam ut obsequatur gnato. S O . quapropter? S I . rogas?
 Mala mens, malus animus, quem quidem ego si sensero.
 Sed quid opus est uerbis? sin eueniat (quod uolo)
 In Pamphilo ut nihil sit moræ: restat Chremes,
 Qui mihi exorandus est: & spero confore.
 Nunc tuum est officium, has bene ut adsimules nuptias:
 Perterres facias Dauum: obserues filium,
 Quid agat, quid cum illo consilij captet. S O . sat est:

Curabo.

Curabo. eamus iam nunc intro. SI. i præsequar.

CONSTRVCTIO.

Heus vos) [serui] nã ad seruos qui sunt for-
ris se loqui fingit Simo, & ex abru pto sces-
nam ingreditur. Vosotros moços, o criados.

Auferte istæc intro) abducite, asportate ea
[quæ vobis ostendo] domum, vel in sua
repositoria. Lleuad estas cosas alla dentro. Quid
autem sit quod auferri iubeat, minimè la-
borandum est. Verisimile est autè, Simo-
nem ex abrupto pulpitu ingredientem, hoc
seruis dicere, tanq̃ è foro venientè, vt quæ
secũ adferret edulia, ad nuptias filij facièdas,
[quas tamen fingebat] intro auferrent.

Abite) discedite, Partios, aparta os. quasi post
primum præceptum immorari viderentur,
aut paulò negligentius auferre quod herus
iusserat.

Sofia ad efdum) e hodũ ad me, Venaca Sofia.

Volo te paucis.) [supple, verbis alloqui,
per eclipsim] hoc est, Volo tecũ pauca cons-
fabulari. Quiero te dezir dos palabras, quiero te ha-
blar un poco.

Putra dictum.) Existima iam te dixisse. Piensa
ya que lo has dicho.

Nempe) scilicet, hoc est, Es a saber.

Vt hæc) [quæ præcipisti]

Curentur rectè) diligenter administrantur,
fiant.

fiant. Que lo que mandaste sea hecho con diligencia.
Imò aliud) [est quod volo] minimè verò id
est quod existimas me velle, sed potius ali-
ud. Es otra cosa muy diuersa.

Quid est) Est ne aliquid. Que cosa ay?

Quod) in quo

Ar̃s mea) labor meus, officium meum, meã
sedulitas. En que mi seruiço.

Efficere) præstare

Possit) queat

Tibi) in tuam gratiã. Te pueda agradar y servir.

Amplius hoc) præter hoc, supra id qd̃ mox
præcepisti. Allende desto que agora mandaste.

Nihil opus est) Non est mihi necessarium,
Non opus habeo,

Istac arte) hac sedulitate & diligentia, quam
prædicas. No tengo necesidad ni menester desta
tu diligencia, q̃ dizes, o la qual me offreces. Arte pro
artibus, figuratè positum.

Ad hanc rem, quam paro) ad hoc negotium
qd̃ nũc molior. A este negoçio que yo quiero hazer.

Sed his) [artibus] Mas antes destas. Zeugma est,
à superiore: cum subaudiatur, artibus: prius
autem artem dixerit.

Quas [artes] semper intellexi) cognoui

[Elle] sitas in te) constitutas, positas in anti-
mo tuo. Que yo he sempre visto, y entendido
estar entè. Hoc est, quibus artibus & vir-
tutis

tutibus cognoui semper te esse ornatum. De las
 quales yo te he visto siempre ser dotado, y guarnesado.
 [Népe] fide & taciturnitate) fidelitate & si-
 lētio, aut secretorū cōseruatiōe, Fidelidad y se-
 creto. Exspecto) [scire] hoc est, cupio

& desidero [nam qui expectat, desiderat]
 Quid velis) [mihi dicere, aut me facere] Yo
 espero y desseo saber, que me quieres dezir, o que qui-
 eres que yo haga.

[Sofia] scis postquam ego emi te à parvulo)
 Intelligis, nosti ab eo tempore, à quo ego te
 emi, cum adhuc esses paruulus. Tu sabes bien
 despues del tiempo que yo te compre de pequenito.

Vt) quemadmodum

Seruitus) [tua] Como te seruidumbre.

Fuerit semper iusta & clemens) moderata
 & æqualis, item lenis & non odiosa, Aya sido
 siempre moderada y no dura ni aspera.

Tibi) in tuum honorem & vtilitatem, Para
 tu honra y prouecho.

Apud me) coram me, Acerca de mi.

[Quapropter] feci vt esses mihi libertus)
 Curavi, te fieri, vel vt fieres mihi libertus,
 te donare libertate, te liberum facere, Yo te
 di libertad,

E seruo) cum prius esses seruus, seruitute te
 liberans. Quitando te, de ser seruo.

Propterea quod) vel ob hoc maxime.

[Tu

[Tu] seruiebas) [mihi] liberaliter) bene mihi
 hi seruiebas & honestè. Por causa que me seruias
 bien, y honestamente.

Per solui tibi) Dedi tibi, retribuui, remuneraui,
 Yo te lo pague.

[Id] pretium quod habui summum) quod
 existimaui, & potui dare omnium maximum,
 El mayor precio que pense, y pude pensar ser el mayor
 de todos, [nempe libertatem]

Habeo in memoria) Memini, non sum im-
 memor, Tengo lo en la memoria, acuerdo me.

Haud muto factum) Nō me poenitet facti. nō
 ob hoc dico, quod videar velle mutare sensu-
 tentiam, Yo no me arrepiento.

O Simo) [ego Sofia]

Gaudeo) lætot, Yo me alegro. Si quid fe-
 ci, aut facio) si aliqd est quod fecerim, aut fa-
 ciam. Si aliquid à me factum est, aut etiam
 nunc fiat. Si yo hago o he hecho alguna cosa.

Quod placet tibi) quod arrideat, & gratum
 sit tibi. Que te sea agradable,

Et habeo gratiam) ago gratias. Y te go lo en merced.

Id fuisse gratum aduersum te) quod officium
 meum fuerit acceptum apud te, vel penes
 te, quod acceptam habueris diligentiam meam.
 Que mi seruicio te aya sido agradable.

Sed hoc est molestum mihi.) sed id vnum ægrè
 fero. Mas esto me es molesto, y enojoso.

C ij

Nam

Nam) Etenim. Commemoratio istæ) istud quod commemoras, & tot verbis enumeras, ac recenses [te mihi fecisse] Porque est recordacion, o este haZer mencion de las cosas passadas. Est quasi exprobratio) videtur esse quædã obiectio probri. Paresce ser como una manera de çaberir.

Immemoris benefici) officij, cuius accēpti ego sim immemor, Del bien y beneficio que yo no conozca. Vidēris hac commemoracione beneficiorum, velle hīc tuā munificentiam exprobrare, quasi sim eorum omnium immemor, quæ tu liberaliter in me contulisti. Quin potius) imō potius, Mas antes.

Tu [Simo] dic vno verbo) breuiter, vna sententia, Di me en una palabra y breuemente.

Quid est [id] quod me velis) quod me iubes facere, ad quid me huc conuocasti. Que es lo que me quieres.

Faciam ita) mox dicā, vno verbo absoluā. Primū) In primis.

[Ego Simo] prædico tibi hoc) velim te hoc præsciuisse, cupio vt id præscias & intelligas. Primeramente desto te certifico.

In hac re) quo ad hanc rem [quam tibi sum explicaturus] En lo que toca a esta cosa que te tengo de dezir.

Nuptiæ non sunt veræ) re vera intentatæ. Quas

Quas credis esse) quas existimas esse [veras] Estas bodas no son de ueras, las quales tu piensas ser tales. Has) [de filio meo] De mi hijo. Donatus esse putat in hac constructione Syllepsin, Priscianus Anaptyosin figuram: vt sic cōstruatur, Prædico tibi, quod [nuptiæ] quas credis esse has [de filio meo veras] non sunt veræ, sed fictæ.

Igitur cur simulas?) Ergo quid causæ est, quapropter eas nuptias nou vis esse veras? Porque luego las finges?

Audies rē omnē) intelliges omne negotiū. A principio) ab initio. Tu sabras todo el caso des de el comienço.

[Atq;] eo pacto) sic, eo modo.

Cognosces) scies, intelliges.

Et vitam gnati) [mei] rationem viuēdi filij mei: hoc est, mores. Y desta manera, sabras, y entenderas, la manera del biuir de mi hijo.

Et meum consilium) & quid sentiam [quo ad id] causam cur has nuptias simulem. Y mi consejo, determinacion, y causa porq; fingo estas bodas.

Et [etiam] quid velim te facere) quid iubeā te facere.

In hac re) quo ad id. Y tambien lo que quiero que hagas, en este negoçio. Aggreditur narratio) nem defilij sui vita.

Nam [ô] Sostia is) Pamphilus filius meus.

Porque o Sofia este mi hijo Pamphilo.

Postquam) vt primū,
Excessit ex ephebis) cœpit adolescere, egres-
sus est pueritiā, *Luego desbues que salio de la moc-
dad y niñez.* Fuit) ei [filio meo.

Potestas) authoritas, data est illi à me licen-
tia, *Tuuo libertad.* [licuit illi per me]
Viuēdi liberius) vt viueret aliquāto magis
liberē. *De biuir mas a su querer y plazer.*

Nam antea) Prius, *Porque primero.* nēpe dum
erat adhuc puer, & in prima ætate.

Qui posses) quo pacto potuisses
Scire, aut cognoscere ingenium) naturam,
mores, inclinationem, indolem [mei Pam-
phili] *Como ouieras podido saber, y conocer su natura,
condiçion, e inclinacion.*

Dum ætas) adhuc puerilis,

Metus) verecundia, timor,

Magister) pædagogus,

Prohibebant) vetabant, obstabant, *Quando la
edad, el temor, el maestro, se uedauan, e impedian.* Con-
ceptio generum, nam hoc verbum ad tria su-
periora nomina refertur.

Ita est) Res sic se habet, *Ansi es.*

Quod) [eorum quæ mox dicturus sum] vt
non ad omnia solum se exercere dicat.

Pleriq; oēs adolescētuli faciūt) permulti &
ferē oēs adolescentuli facere solent. *A lo que la
mayor*

mayor parte de los mancebos se suelen dar.

[Nempe] vt adiungant animum) mentem
applicent.

Ad studium aliquod) ad quoddam exerci-
tium [vel ingenij, vel corporis,] *Que pōgan su
animo, y entendimiento a algun exerçido.*

Aut alere equos ad venandum) aut ad alen-
dum equos, & instruendū ad venationem.

Aut canes) [alere] etiam ad venationem, *O
acriar cavallos, o galgos para la caça.*

Aut ad philosophos) [audiendos & sectan-
dos] animum adiungant. *O a seguir, y oyr los
philosophos.*

Horum) [omnium] ad quæ recensui ani-
mos adolescentium præcipuē inclinatos es-
se, *De las cosas dichas.*

[Filius meus] nihil studebat egregiē) nihil
vehemētius aut valde appetebat, *No amava ni
era dado alguna dellas demasadamente.*

Præter cætera) inter alia exercitia corporis
aut animi, *Entre las otras.* Nā oēs [vt diximus]
ex æquo pfectē scire solus vnus non potest.
Et tamen) nihilominus hoc est, Et si nō v-
que adeo vehemēter videretur affectare quæ
suprà dicta sunt [tamen]

Omnia hæc) omnes has supradicti animi
explicationes.

Mediocriter) [amabat] ad hæc oīa modestē

se explicabat, non ita vehementer his addebat animum, sed mediocrem quendam affectum erga ea ostendere videbatur. *Toda uia a todas estas cosas dichas se daua medianamente.*

[Ego Simo] gaudebam [ob id] id mihi gratissimum erat. *Yo me gozaua.*

Non iniuria) non ab re. *No sin causa, ni razon.*

Nam) Etenim,

[Ego] arbitror) existimo.

Id esse apprime utile) admodum necessarium. In vita) [omnium] ad recte uiuendum. *Porque yo pienso ser muy provechoso en esta uida.*

Vt ne quid nimis) [agas] nihil facias, quod minimum esse dicatur, nihil pecces. *Que no sea algo demasado.*

Sic erat vita) [filij mei Pamphili] sic meus Pamphilus uiuebat, sic erat eius uita instituta. *La uida de mi hijo era tal.*

Facile perferre ac pati) vt minus molestè ferret, sed potius, pateret. Vel perferre, pro perferebat, vt sit tempus pro tempore.

Omnes cum quibus erat) omnium consuetudinem, cum quibus aliquando versabatur. *Bien sufrir la conuersaion de todos.*

Et sese dedere) [facile] animum suum accommodare.

Vna cum his) [cum quibus erat] Y acomodar se juntamente con los que trataua. hoc est, non auer-

sari

sari paribus, non se præponere inferioribus. Obsequi studijs eorum) assentiri, obedire eorum inclinationibus: hoc est locis, vel alijs rebus, ad quas ij cum quibus erat, sese inclinabant. *Obedecer a las inclinaciones dellos.*

Auersus) [existens]

Nemini) nemini illorum contradicens. *No contradiziendo a ninguno.*

Nunquam præponens se illis) nunquam se superiorem faciens. *Nunca quitriendo ser mayor y mas que los otros.*

Ita) [faciens, volens, agens.] *Asi haziendo, o en tal manera.*

Vt inuenias facillimè laudem) vt facile admodum [nunc ab omnibus] laudetur, & laudem inueniat. [secunda persona pro tertia.] Et pares amicos) & acquirat amicos [tempus pro tempore.] *Que facilmente halle agora lo or y alcance amigos.*

Instituit vitam sapienter) prudenter uiuit [Pamphilus filius tuus] *Pamphilo instituyo bien su uida, gouerno se, e ouo se bien.*

Namque hoc tempore) hac tempestate, nunc temporis. *Porque al presente, o al tiempo de agora.* Hoc est, his corruptis moribus.

Obsequium parit amicos) gratificatio, beneficium acquirit amicos: hodie beneficijs, & obsequijs, ac beneuolentia [licet cum assentatione

tatione

tatiōe fiat] acquirunt amici, *El hazer plazer y obedecer allega y cria amigos.* Dum in omnibus obsequentes sumus, cum morem gerimus, tū amicos acquirimus, modò ne de vitijs eorū, aut deterrima viuēdi ratiōe cōqueramur. Veritas] [autem]

Vtrò ad me venit: quod corruptè dicitur, de sua bona voluntate. Mille huius vocabuli exempla sunt in promptu. Cicero 1. de finibus, Vtrò ad mulierem venit, *De su uoluntad y sin ser requerido.*

Summus pro maximo & optimo, admodum propriè dicitur. vt Summa dos: hoc est, optima, *Buen dot.* Summum ingenium. Summus amicus. Vnus vtr est in quo summa sunt omnia (inquit Cicero pro lege Manilia) hoc est, vndecumque excellens.

Despondet propriè (vt etiam in constructionis ratione docuimus) pater adolescentis, vt hoc

vt hoc loco: Spondet verò pater puellæ. sed confundit hæc differètia. Cic. pro Cluentio, Despondit ei filiam suam, illam quam ex genero susceperat, *Des posole su hija, aquella que auia auido de su yerno.* Hic despondet pater puellæ.

Dicere diem nuptiarum, certam diem præstitituere faciendis nuptiis, *Señalar dia para hazer las bodas.* Qua forma dixit Cicero tertio Verinarum, Dicere diem operi, pro Statuere diem ad aliquid faciendum, *Estatu yr dia para hazer alguna cosa.*

Beare, comici proprium, tum maximè cum effusum gaudium exprimit. Plaut. in Amphitruone, Sed hoc me beat, quod puelles vicit.

Metuo à te vel abs te, eleganter dicas, quæ admodum Cicero pro Sextio, Partim non credunt, & à me insidias metuunt, *En parte no creen y temen que no les haga yo alguna traycion.*

Frequens adest vnà, existimarem positum pro frequenter, *Conuersa muchas uezes conellos.* Ita dixit Cicero secundo Officiorum, Quibus cum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, *Con los cuales si conuersan muchas uezes, dan a pensar y sospechar al pueblo que seran semejantes a ellos.*

Curare aliquid, propria locutione, id est, quod corruptè dicitur, Esse impeditum ad aliquid, *Estar ocupado en alguna cosa.* Curabat vnà,

F iij funus,

Funus, *Estans empedido con ellos a hazer el enterramiento*. Ea loquendi formula dicas, **Curare prandium aut coenam**, *Estar empedido y ocupado en hazer la comida, o cena*. Nam est alia significatio huius verbi, quando iungitur particulae ut; tum enim significat per alium potius praestare, neque tantam diligentiam indicat. **Cura** ut valeas. **Procura**, o ten cuydado que estes bueno.

Conlachrumare cum aliquo, vel vna aut simul cum alijs lachrumare, *Llorar juntamente con los otros*, Tum maximè dicitur, cum amicorum fletus nobis lachrymas elicit. Cicero in somnio Scipionis, **Ad quem ut veni, complexus me senex colachrumavit**, *Al qual luego que llegue o uine, el uiejo abraçandome se tomo allorar*.

Consuetudo, id est propriè, quod nonnulli conuersionem vocant, *Conuersacion*. Cic. ad Curionem, **Ego te abfuisse tamdiu à nobis doleo, quod carui fructu iucundissimae consuetudinis tuae**, *Estoy triste y pesame porque tanto tiempo as estado absente por la privacion que tuue de tu deleytable conuersacion*. Vnde consuetudinè facere cum aliquo, dixit Cicero ad Sulpitiū, **Hazer conocimiento y conuersacion a cerca de otro**. Et consuetudinem nancisci alicuius, ad Quintum fratrem, libro secundo epistol. *Tomar o alcançar conocimiento y conuersacion con alguno*.

Familiariter, aduerbium, Plauto, Terentio,

tio, Ciceroni, admodum peculiare, pro eo quod quis dicat, priuatè & domesticè. Plauto. **Nimum familiariter me attrectas**, *Muy familiarmente me tocas*. Terentius statim postea, **Reiecit se in eum flens quam familiariter**, *Recoçose sobre el llorando muy amorosamente*. Sic apud Ciceronem multis in locis, **Vti aliquo familiariter & valde familiariter**, aut familiarissime, *Ser muy cabido o priuado y familiar con alguno*. Hunc tamen locum Terentiū, Ferre mortem familiariter, Donatus non quidem domesticè, sed grauiter interpretatur: quod quae familiaria esse nobis solebant, ea amissa, animo nostro grauia sint.

Officium appellamus (inquit Cicero 3. de finibus) quod ratione actum est. ab efficiendo dictum, ait Donatus: nempe ab eo quod quaeritur, quid efficere vnumquodque conueniat pro eonditione personae, *Lo que deue cada uno de hazer en qualquiera cosa*. Vnde facere officium suum, *Hazer su officio y deuer*. Terentius Adelph. **Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum est, corrigo**. Sic hoc loco officia humani & mansueti ingenij appellat, quae humanū & mansuetū ingenium praestare & efficere debent. Quemadmodū in hac eadem scena, statim postea subdit, **Nunc tuum est officium, has bene ut adsimules nuptias**,

Causa alicuius aliqd facere, est quod corruptè dicitur, Amore alicuius, Por causa, o amor de alguno. Cic. de Amicitia, Quàm multa, quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum! *Quantas cosas ay, que nosotros hacemos por amor de los amigos, las quales nunca las haríamos por nosotros mesmos.*

Prodire, quasi porrò ire, id est quod dicimus, *Salir a fuera*. Terent. in Eunuc. Fugitiue prodi, *sal fuera huýdizo*. Itaq; prodire in funus, hoc loco dixit idem, pro ire ad funus. Exire domum, vt in funus eamus, *Salir de casa para ir al enterramiento*. Sic dixit Varro lib. 1. de re rust. Cũ hæc (inquit) diceret Stolo, venit libertus æditimi, ad nos flës, & rogat, vt ignoscamus, quòd sumus retèti, & vt ei in funus postredie prodeamus. Ea forma loquendi, Prodire in scenam sine subligaculo, Cicero primo Officiorum.

Efferri cadauer dicitur, quasi prouchi & extolli, quoniam apud antiquos cũ pompa ferri solebat, humeris clarorum virorum retro suppositis. Quod nunc quoque apud Italos fieri solet, *Lleuar a enterrar*. Cic. p Flacco, Effertur magna frequentia, *Lleuant a enterrar con grande compañía*.

Forma, dicitur ipsa facies adolescentulæ, *La cara el rostro*. Atque interdum pro pulchritudine

tudine sumitur, vt apud Comicos mille locis. vnde formam bonam, honestam, liberalem vocat hoc loco Terentius. Vultus autem dicitur ipsa indicatio, quæ pro motu animi in ipsa facie colligitur: vnde vultum, sermonem quendam mentis tacitum appellat Cicero in Pisonem, *Gesto, y continencia, y mesura*. & hoc loco venustum & modestum vultum appellat, *Gesto modesto y honesto*.

Nihil suprà, pulchra locutio; cui subauditur possit esse, vel addi, *Que no puede ser mas*. Sic Cicero ad Atticum, Eos absolui, & feci, nescio quàm bene, sed ita accuratè, vt nihil possit suprà.

Lamentari, fletum cum voce querula, & tristi oratione indicat, *Hazer llantos*. Cicero de Oratore, Lapidem mehercle omnes flere ac lamentari coegisset. *A las piedras por cierto todas ouiesse hecho llorar, y hazer llantos*. Vnde lamentationem idem Cicero lib. 4. Tusculanarum quæstionũ, vocat egritudinẽ animi, cum eiꝯ latu.

Pedisequa, dicitur ancillula, quæ dominam sequitur, quemadmodum pedisequus, qui dominum. Vnde Cicero 1. de Oratore, Iuris scientiã appellat, eloquẽtiã tanq; ancillulam, pedisequamq;.

Rogare, pro interrogare & percontari, hoc loco propriè sumitur, *Preguntar, inquirerse*. Sic

Sic Cicero sexto Verrinarum, Rogauit peruenissent ne Agrigentum: dixit peruenisse, quemadmodum reuertissent.

Percellere animum dolor vel suspicio dicitur perturbare, commouere. vnde Cicero percussum animum & abiectum dixit ad Atticum libro secundo.

Timeo quorsum euadas, pro, ad quem finem perueniat oratio tua, eleganter dictū. Variatur autem sic hæc loquendi formula: Nesciebam quorsum tu ires, Terent. Eunucho, hoc est, Ad quid hoc diceres. Idem, Timeo quorsum accidat, & quorsum euenturum hoc fiet. Plaut. Tenes quorsum hæc tendant quæ loquor? *Entiendes bien lo que quiero dezir?* Cic. pro Roscio, Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro, *Yo no me doy, ni curo mucho a que parte cayga tu respuesta.* Idem ad Atticum, Tanto in odio est omnibus nostra oratio, vt quorsum eruptura sit, timeamus.

Procedit funus, quod Virgilius dicit, Tandem progreditur, *Proceden, o van adelante.* hoc enim verbum maximè ad aliquam pompam refertur. Vnde procedere aliquantum viæ, dixit Cic. ad Atticum, *passar adelante.*

Interea, aduerbium, admodum venuste præteritis futura cōiungit, cuius loco multa repeti-

repetitione vtendum esset, dum hoc agitur, dum hæc fiebant, & huiusmodi verborum circuitione, *Entretanto.* Corruptè pueri dicunt, Et postea identidem repetentes in narratione. Itaque hoc more vides hic Terentium in narratione Simonis vti sæpius ad uerbis Interea: sic te velim huic loquendi formulæ assuescere. Cicero in Verrem, Interea dies aduenit, *Entretanto uino el dia.*

Accedere ad, Terentiana locutio, *Llegar cerca.* vt, Accedere ad pedissequas, accedere ad ignem: cuius loco corruptè dicas, Appropinquare, & venire prope.

Exanimatus, adiectiuum, & ab animo & ab anima deduci potest. Si quidem ab animo deducatur, cum timore conturbatum, & animo concussum significat. Cicero in Verrem, Hæc ubi filio nunciata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit, *Las quales cosas luego que fueron dichas y hechas saber al hijo, luego en la hora turbado, y desmayado se fue a casa.* Si verò ab anima, tum quidem mortuum significat, Liuius, Vnam mulierem ferunt, cui mors filij falsò nunciata erat, moestam sedentem, ad primum conspectum redeuntis filij, gaudio nimio exanimatam.

Ire se perditum, pro ire ad se destruendū, quod dicit, vel perdere, *Ir a se perder y destruir.*

Qua

Qua forma dixit Liuius secundo belli Macedonici, neu pertinacia sua gentem omnem perditum iret.

Relicet se in eum, propriè dictum pro eo quod vulgus ait, *Echar se hazia tras sobre el.* Nempe in amplexum Pamphili, qui mediâ Glycerium complexus erat. Res ita venustè expressa, vt ante oculos fieri diceres.

Satis, aduerbium, genitiuo propriè & ornate iungitur: Satis causæ, *Harta causa y occasiõn.* Quemadmodum in Phormione ait, Satis iam verborum est, *Harto se ha hablado, o abasta el parlar.* Et Cicero in Verrem, Vereor ne ad dicendum satis temporis habere possim, *Tengo miedo que no tenga harto tiempo para hablar, y orar.*

Obiurgare, est veluti cum quodam iurgio aliquem reprehendere, *Reprehender viñiendo.* Vt interdum à verberibus non abstineamus. vnde ait Cicero ad Atticum, Quòd me quodammodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas. *Quanto a lo que indirecta y liuianamente me riñes de la familiaridad que yo tengo con Pompeyo.* Commereri, quãdo de culpa agitur, multo elegãtius vsurpatur, quàm verbum Mereor, quemadmodum hoc loco: atque id interdum solum, interdum cum adiecto enunciat. Cic. de Inuentione. Ego amicum hodie meum non castigabo pro commes

commerita noxia. Itaque mi adolescentule, siquando à præceptore pœnas lues, & te innoxium criminis esse voles affirmare, elegantius dices, Non commerui, vel nihil commerui: quàm corruptè (vt quidam solent) Non merui.

Dare damnum, aut malum alicui, est inferre vel adferre incommodum, esse causa alterius mali aut incommodi, *Ser causa del mal, o daño de otro.* Sic Cicero in Verrem, Cohors illa tua quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm si centum cohortes fugitiuorum fuissent. Eo pacto dicitur Dare insidias, pro insidiari, apud Plautum multis in locis. & Dare dolorem, apud Cic. ad Atticum lib. septimo.

Indignum facinus, peculiare Terentio dictum. hoc est, crimen minime dignum quod fieri debeat, *vna grande uellaqueria.* Sic in Eunuchis, O indignum facinus. Et in Adelphis, Prò dij immortales facinus indignum. vnde facinorosus, *vellaco.* & Facinorosa vita, *Mala vida,* apud Ciceronem.

Comperire, propriè id est quod dicimus, *Hallar ser ansí algo.* Nihil enim certi significat, nisi cum addito: vt Comperire certò, *Saber de cierto.* comperire testibus, Cicero pro Cluentio. & Comperire certis indicijs, apud Liuium.

Sedulò

Sedulò aduerbium, vel instanter & diligēter hic significat, vel (quod potius crediderim) sine dolo & simpliciter, *sin pensar en mal.* Quemadmodum in Phormione; Ego sedulò hunc dixisse credo, *Yo creo que lo dixo a buena parte, o por bien.*

Instare, instanter aliquid affirmare: vt Instare verbis, contradicere, Instare aliquid factum, *Tener rezio, y firme la cosa ser ansi hecha.*

Causa vehemens, valida ratio, *Causa bastäte.* nisi mauis grauem interpretari.

Tute ipse, pro tutemet, emphasis, hoc est, vehementiæ causa probatum: ac si dicat, tu inquam ipse.

Præscribere finem rei alicui, limitare tempus, quod dicitur: quasi prius denunciare & scribere tempus quo rem aliquam absolui velimus, *Señalar tiempo a alguna cosa tassar.* Sic Præscribere quæ sunt gerenda, dixit Cicero in Catone maiore, *Ordenar las cosas que se han de hazer.*

Propè est cū, locutio perelegans, quæ corruptè alias enunciat, Appropinquat tempus quando, *El tiempo se allega que o quando.* Sic dixit Plautus, Propè adest, vt fiat palàm.

Alieno more viuere, quemadmodum alij: hoc est, quod dixit Cicero ad Cornificium, *More omnium, A la manera de cada uno;*

o de to

o de todos. Est enim mos vitæ, institutum cōsuetudine firmatum.

Sine me viuere meo modo, permitte vt viuam quemadmodum volo, meo arbitrio, & quod corruptè dicitur, ad meam voluntatem, vel placitum, *Dexante biuir a mi uoluntad.* Sic dixit Plautus in Amphit. Non tuo hoc fiet modo. hoc est, quemadmodum cupis aut existimas. Itali hoc eleganter dicunt, *A mio modo.* Modus enim suus cuique, inquit Cicero in Oratore.

Nullus relictus est locus obiurgādi, nulla est ansa, nulla causa, nulla occasio restat ad obiurgādum, vel qua eū iure obiurgare, aut reprehendere possimus, *No queda causa, ni razon ninguna por le reñir.* Sic dixit Cic. ad Lætulium, Sed nullum planè (inquit) nec precibus nostris, nec admonitionibus relinquit locum. Et ad Q. Fratrem, Ne cui iniquo relinqueremus vituperandi locum.

Propter amorē, amoris causa, ob amorē, *A causa, o por razon del amor.* Sic apud Cic. pro Roscio, Propter perfidiam obijcere, aut propter infirmitatem animi deponere.

Animaduertere, punire, vindicare, castigare. *O facinus animaduertendū!* inquit idem postea, *O maldad, y falta digna de ser castigada.*

Do id operam, pro in hoc, vel circa hoc laboro,

laboro, Yo trabajo en esto. Locutio Terentiana, quemadmodum postea dicit, Quanto satius est te id dare operam, qui istum amorem ex animo dimoueas tuo. Denegare, hoc loco, renuere, recusare, contrauenire est, & quod corruptè dicitur refutare, *Rechufar*.

Sceleratus est, in quo scelus est constitutum (inquit Donatus:) hic tamen pro nefario & scelesto sumitur: quemadmodum apud Cic. ad Atticum, Ego hunc impurum & sceleratum puto, *vicioso y maluado*.

Consilium pro eo quod quis in animo faciendum proposuit, venustè sumitur: quam deliberationem quidam vocant, *Consejo, auiso*. Undè capere consilium dicit frequenter Terentius, pro eo quod vulgò loquimur, *Tomar consejo*. & hoc loco, Habere quid consilij, pro eo quod quidam dicunt, *Tener auiso*.

Manibus pedibusque, prouerbum, quo utimur, cum extremum conatum significamus. Interdum etiam non addit Terentius encliticam coniunctionem: vt Leuari manibus pedibus, noctes & dies. Quo loco addit, noctes & dies, pro eo quod hic dicit, obnixè, hoc est, instanter & toris viribus, ad maiorem conatum exprimendum, *Trabajar de pies, y de manos, noche y dia con gran diligencia*.

Sentire

Sentire, percipere, intelligere, scire ex iudicio alicuius rei, *Sentir, y caer en ello*, peculiaris sermo Terentio: Si sensero hodie quicquam in his nuptijs te fallaciæ conari, *si yo caigo y hallo que hazes oy algun engaño encestas bodas, o en lo que toca a las bodas*. Cæsar. Prius ad hostium castra venit, quàm quid ageretur, Germani sentire possent, *Vino antes al campo de los enemigos, que los alemanes supiesen, o cayessen en lo que se hazia*.

Nihil moræ in me est: hoc est, quod Cicero ait, Nihil moror. corruptè dicitur, Nō tenet ad me, *No esta o queda por mi*. Per me nō stat. Sic igitur cum genitiuo nihil falsi, nihil gratiæ, nihil incommodi, nihil rerum: Nihil mœsti, apud Terentium: & Nihil reliquij, apud Cic. item etiam, Nihil synceri.

Exorare, orando impetrare, & obtinere quod petimus. Exorandus mihi est præceptor. Persuadendus, vt id obtineam quod postulo, *Alcançar alguna cosa por ruego*.

Confieri aliquid, eleganter dicas quod perficitur: & propriè ad ea negotia attinet, quæ verbis & precibus fiunt, magis quàm aliter. Id autem est propriè, quod vulgò dicimus, *Acabar, y cumplir*. In Adelpis, Hoc cōfit quod volo, *Lo que yo quiero se haze, o cumple*. Undè confecta res, & confectum negotium,

G quod

quod integrè absoluitur. Hinc etiam Cónsore futurum infinitiui, pro perfectum iri, Spero cónsore, *Espero que se cumplira.*

Assimulare, vel adsimulare, fingere, & id simulare quod nō est, vulgus dicit, *Fingir y cōtra hazer.* Vnde Cicero in Verrem ait, *Literas literasque omnes assimulatas, expressas de tabulis in libros transferri. Caueto autē, ne dicas adsimilatas: nam adsimulare, est cōferre, cōponere, siue cōparare.* Ouid. *Grādia si paruis assimulare licet, si es permittido y licito de cotejar, y comparar las cosas grādes cō las pequēas.*

Perterrefacere, est id quod corruptè dicitur, *Facere alicui magnum timorem, pro incutere, Hazer a alguno grande miedo, y estanto.* Brutus ad Ciceronem, *Sperare eos, te perterrefacto, adolescente impulsio, posse magna consequi prēmia. In eandem significatiōnem sumitur perterreo. Cicero ad Atticum, Non modò excitatum ad scribendum, sed etiam planè perterritum.*

Capere, vel captare consiliū cū aliquo de re aliqua, est quod vulgo dicitur, *Tenere consiliū, Tomar consejo uno con otro.* Cæsar, *Infirmiorem Gallorum veritus, quod sunt in consilijs capiendis mobiles.*

Iam nunc, præsens & certi temporis indicationem habet multo magis, quàm si alterum

alterum solum ponatur, Cicero de diuinatione, *Hæc cum cogito, iam nunc timeo.* Et ad Atticum, *Iam nunc admodum delectat.* Dicitur & Nūc iam, in eūdem sensum: *Cassius ad Ciceronem, Nunc iam sum expeditus. Terentius Eunuchus, Nunc iam orna me, Agora, por el presente.*

ACTVS I. SCENA II.

A R. G. Simo explorat amorem filij. Simulat futuras nuptias. Minatur Dauo pitrinum, si quid fallaciæ in ipsi conetur.

SIMO, DAUUS.

Non dubium est, quin uxorem nolit filius:
Ita Dauum modò timere sensi, ubi nuptias
Futuras esse audiuit. sed ipse exit foras.

D. Mirabar hoc si sic abiret: & heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet.

Qui postquam audierat, non datum iri filio uxore suo,
Nunquam cuiquam nostrum uerbum fecit, neque id ægrè tulit.

S. At nunc faciet: neq; ut opinor, sine tuo magno malo.

D. Id uoluit, nos sic nec opinantis duci falso gaudio,
Sperantes iam amoto metu interea oscitantes opprimi.
Ne esset spaciū cogitandi ad disturbandas nuptias.

Astute. S. carnisfex que loquitur! D. herus est, neque
preuideram.

S. Daue. D. hem, quid est? S. eiodum ad me.

D. Quid hic uolt? S. quid ais? D. qua de re? S. rogas?
Meum gnatum rumor est amare. D. id populus curat

G ij salicet.

- scilicet.
- Si. Hoccine agis, an non? D. Ego uerò istuc. S. sed nūc ea me exquirere,
- Iniqui patris est. nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet.
- Dū tempus ad eā rem tulit, sui, animū ut expleret suū. Nunc, hæc dies aliam uitam adfert, alios mores postulat. Debinc postulo, siue æquum est, te oro Daue, ut redeat iam in uiam.
- D. Hoc quid sit. Si. omnes qui amant, grauius sibi dari uxorem ferunt.
- D. Ita aiunt. Si. Tum si quis magistrum cœpit ad eā rem improbum,
- Ipsū animū a grotum ad deteriores partem plerumque applicat.
- D. Non hercle intelligo. S. non? hem. D. Non, D A = V V S S V M, N O N O E D I P V S.
- S. Nempe ergo apertè uis, quæ restant, me loqui? D. sanè quidem.
- S. Si sensero hodie quicquam in his te nuptijs Fallaciæ conari, quo fiant minus: Aut uelle in ea re ostendere, quàm sis callidus: Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam usque ad necem,
- Ea lege atq; omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam.
- Quid, hoc intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem? D. Imò callidè:

Ita a

- Ita apertè ipsam rem modo locutus, nihil circuitione usus es.
- S. Vbi uis failius passus sim, quàm in hac re, me deludier.
- Da. Bona uerba quæso. Si. irrides, nihil me fallis, sed dico tibi,
- Ne temerè facias: neque tu hoc dicas tibi non prædictum: caue.

C O N S T R U C T I O.

Non est dubium) Dubitandum non est, minimè dubito, No ay duda, Yo no dudo.

Quin) quòd

Filius) [meus] Pamphilus.

Nolit) recuset [ducere]

Vxorem) [quam cupio ut ducat,] Que mi hijo no querra tomar esta donzella por muger.

Ita sensi modò) sic, vel adeò non cognoui, aut percepì [paulo ante quàm cum Sofia confabularer,]

Dauum) seruum Pamphili.

Timere) formidare [ne filius meus vxorem duceret,] De tal suerte, yo he sabido poco ha, que Dauo temia, y tenia miedo.

Vbi audiuit) quando intellexit [ex aliorum sermone] Nuptias futuras esse) [de Pamphilo] hoc est, quòd proximæ essent, & fieri deberent nuptiæ, Luego que oyo dezir que yo queria hazer las bodas desta donzella.

Sed ipse) [Dauus]

G in Exit

Exit foras) egreditur. *Mas ue ys lo aqui, que sa se fuera. videt senex exeuntem seruum.*

Mirabar) mirum hoc fuisset, apud se loquitur seruus.

Si hoc abiret sic) si res hæc [de nuptijs Pãphili] eo pacto tam leuiter, aut negligenter elabere, aut euaderet, vel præteriret [infecta, vel non absoltua] *Yo me marauillaua, y espãtaua, si esto se auia de passar ansi.* Et) tamen

Heri) die hesternã [videbatur esse]

Semper lenitas) clementia, facilitas, & tamẽ heri videbatur Simo semper esse facilis & lenis filio, *Y con todo ayer no parescia auer sino toda blandura, y halagos: O ayer parescia Simon siempre ser facil y blando a su hijo.*

Verebar) timebã, suspensus erã, mirabar,

Quorsum euaderet) quo tandem res erũperet, aut recideret, aut quò Simo vellet tenere, *Yo estaua en pensamiẽto, yo me espãtaua a que sin caeria y uendria todo esto.*

Qui) Simo

Postq̃ audierat) ubi intellexerat,

Non datum iri vxorem) quòd non daretur vxor Filio suo) quòd filius suus non acciperet vxorem, *Et qual despuẽs que entendiera y supiera que su hijo no tomara muger, o que no dauan la donzella por muger a su hijo.*

Nunquam fecit verbum) nunquam quicquam

quam locutus est

Cuiquam nostrum) alicui ex nostris conseruis, *Nunca dicho palabra a alguno de nuestros compañeros. animum suum suppressit.*

Neq̃ tulit ægrè id) & non visum est id illi molestum fuisse, hoc est, semper lenitas fuit, *Y no nos parescio por aquello ser enojado, y no le fue molesto.*

At faciet nunc) Imo verò nũc faciet [verbum:] hoc est, At verò nunc succensabit, irascetur, loquetur vobiscum de ducẽda filio vxore, *mas si hara agora bien.* Respondet senex apud se ad ea quæ ex abrupto audit de seruo Pamphili, tanquam iratus.

Neque sine magno malo tuo) & non sine tuo damno, aut periculo maximo, Daue. [Vix enim pœnas euades.] *Y no sin tu gran daño y mal.*

Vt opinor) vt existimo. Hæc dicit senex non aduertente seruo: vt qui eum nondum percepisset.

Voluit id) sic placuit, hoc sibi visum est optimum, *Como yo pienso aquello le plugo, o parescio bien.* Iterum seruus apud se loquitur.

Nos) [seruos] Sic duci gaudio falso) vt nos serui ita alliceremur, aut detineremur cõficta lætitiã, *Que nosotros fuessemos engañados, o de nos engañar por falsa alegría.*

Nec opinantes) cũ nihil tale speraremur, Iam

Iam sperantes) cū autē nunc speraremus
& expectaremus [futuras nuptias,]

Metu amoto) omni suspitione contrarij
procul abacta. *Sin pensar, o sin que dudásemos espe-
rando ya quitado el miedo de todo estoruo.*

Interea) dum sic speraremus & ducere-
mur falso gaudio [voluit senex nos]

Opprimi) supprimi.

Oscitantes) cum securi videremur, & ni-
hil puideremus, *Entre tanto quisó sobre tomar nos
de sproue y dos, como pareciésemos estar seguros.*

Ne (spacium esset) [nobis] ne daretur nos
bis otium aut tempus, *Porque no tuuíssemos espa-
cio ni lugar.*

Cogitandi ad nuptias
disturbandas) disturbandi nuptias, *Para me-
jor pensar a impedir y estoruar las bodas.* Hoc est, ne
relinqueretur nobis tempus vacuum, quo
facilius quid commentari, aut excogitare,
ac confingere possemus ad reprimendas
& impediendas has nuptias Pamphili.

[Fuit certe]

Astute) callide [id ab eo factum] hoc est,
astutus senex, qui id fecerit, *Cautamente.*

Quæ loquitē carnufex) [admirantis] Aus-
di. s. quid ait hic dignus carnifice, aut domi-
nū excarnificās, *Mira que habla este uerdugo o uel-
laco.*

Est herus) [meus]

Neque præuiderā) & non aduerteram, non
eum

eum videram prior, *Es mi amo y no lo auia visto
primero.* Ex improuiso videt senem seruus.
Senex quoque id percipit.

Daue) seruum vocat senex.

Hem quid est?) quasi ex improuiso &
abrupto respondet, *Ha que es lo que ay.* Huc
atque illuc circumspectat, quasi nesciat quis
eum vocet.

Ehodum ad me) vocantis. Eia, Adesdum,
Ven aca.

Quid volt hic) [herus meus?] apud se lo-
quitur vultuose, & quasi coactus veniens:
Quid quærit ex me? *Que me quiere?*

Quid ais?) quasi aliquid audierit senex
eorum quæ obmurmurans seruus dixerat,
Que dizes tu? Vel interrogantis prima fronte,
absque alia expressione, & ex abrupto ser-
mone, *Ven aca que te parezca.*

Qua de re) quam ob rem [id à me rogas?] *De que cosa se-
ñor?* vel qua de re verum dicam, vel me interro-
gas?

Rogas) indignantis. ac si dicat, nunquid
probè tenes? *Preguntas melo? no lo sabes tu bien?*

Est rumor) Fama est, ferunt,

Meum gnatum amare) quod filius meus
Pamphilus amet, *Fama es, que mi hijo ama.*

Scilicet) ironice dictū, *Si por cierto biē lo sabes.*

Populus curat id) populus est magnopere
re de

re de amore filij tui sollicitus, vt rumore
esse dicas, *Cierto al pueblo se le da mucho de eso.*

Hocine agis, an non? Id moliris, necne?
*Eres tu el que haze esto, o no? Nēpe vt amet filius
meus.*

Ego verò istuc) [moliar, aut agā,] *Yo que lo
haga.* Existimas me eo esse ingenio
qui id moliar? *Pienzas me ser de tal cōdicion, que yo
lo hiziese.*

Sed est patris iniqui) [factū] minus indul
gentis & amantis patris. Mitioribus verbis
nūc agit, quò facili⁹ à seruo cōdiscat omnia.

Me exquirere ea nunc) quòd nunc exquir
ram, scisciter, interrogem talia [de filio] *Mas
es el hecho de un iniusto padre, que yo pregunte agora
de tales cosas, quòd de his sim tāt opere sollicit⁹.*

Nam quod fecit) commisit [Pamphilus]
Antehac) superioribus annis, haftenus.

Nihil attinet ad me) ego non magnope
re laboro, *Porque loque hizo hasta qui yo no me doy
mucho por ello.* Hoc est, Si quid commisit, aut
patrauit in viuendi ratione superioribus an
nis, parum de hoc sum sollicitus.

Dū) quando Tēpus) iuuetus Pāphili
Tulit) se Ad eam rem) ad eā viuēdi
rationem: hoc est, dum se tempus præbuit
vt ita viueret: vel, quādo quidem Pamphilo
licuit per iuuenilē ætatem sic viuere, [tunc]

Siui)

Siui) permisi,

Vt expleret) [satiaret filius meus]

Suum animum) voluntatem suam, libe
dinem animi. Hoc est, nihil morabar: & tunc
pro ætatis ratione permisi filiū agere quæ
cūq; voluit, & viuere ex animi sentetia, *Quādo
el tiēpo lo permitia, y se daua a tales locuras, yo permiti o
consentile hazer todo lo que quera a su uolūdad.* [Sed]
Nunc hic dies) hoc tempus, hæc ætas, in qua
est filius meus.

Adfert) [secū] adducit, requirit, expostulat

Aliam vitam) aliam viuēdi rationē [à
superiore,] *Mas agora este tiempo, y edad pide y re
quiere otra manera de biuir que hasta aqui.* [&]

Postulat alios mores) requirit, vt alijs mo
ribus uiuat Pamphilus, quā prius, *Demāda
otras costumbres, que las que eran de aquel tiempo.*

Dehinc) Cæterū, exinde, proinde

Postulo Daue) peto à te Daue,

Siue æquū est) vel si id iustum est [nempe
vt senex seruū oret,]

Oro te) Vt iam redeat) filius

In viam) rectam aut bonam. hoc est, po
stulo à te Daue, vel etiā si æquū est, te oro
vt id præstes tuo labore, ne amplius er
ret filius, & in viam rectam tua opera redu
catur, *En lo de aqui adelante yo pido, o si es cosa iusta
te ruego, que mi hijo torne a buen camino.*

Prouer⁹

Prouerbiale dictum.

Quid sit hoc) [nescio:] hoc est, non adfer-
quor quid velis. per reticentiam, & interrup-
ptum sermonem dictum: vel, hoc quid sit?
pro, hoc quid est: interrogatiuè. Callidū ser-
ui responsum. *Yo no se lo que es esto, o no te en-*
tiendo.

Omnes qui amant) Omnes a-
matores, nam de amore impudico loquitur.

Ferūt grauitè) moleste & iniquo animo.

Sibi dari vxorem) quod vxor sibi detur,
quando fit eis sermo de ducenda vxore, *To-*
dos los que aman o madores se enojan quando los qui-
eren casar.

Aiunt ita) hoc credunt & loquuntur om-
nes, *A si lo dixen.* Expectat quid deinde senex
dicturus sit. Tum) Deinde

Si quis) aliquis [fortasse eorū qui amāt,]

Cœpit magistrum improbum) sequutus
fuerit iniquum ductorem,

Ad eam rem) amorem, *Pues si alguno de los*
que aman ouiere tomado, o seguido mal maestro, o algu-
na mala compañía a aquello.

Plerunque) vt plurimum,

Applicat) appellit,

Animum) [suum]

Aegrotum) alienatum, mentem non be-
ne sanam, & à communi sensu aberrantem,
atque ob id ægrotam,

In

In partem deteriorem) in malum, in pe-
iorè partē, *Comunmente aplica su animo enfermo a*
algun mal hecho, o alguna uellaçria, o a la peor parte.

Hercle) Per Herculem, certè

Non intelligo) non capio [quod dicis,]
por cierto yo no os entiendo.

Non: hem) irascentis responsum, cum
sciat seruum probè intelligere, & tamen ita
simulare.

Non) [intelligo] minimè verò,

Sum Dauus) seruus Pamphili,

Non Oedipus) non autem is Oedipus,
qui tam scitè ænigmata & inuolutos ser-
mones soluebat, *Yo soy Dauo y no Edipo aquel*
adeuinador. Simulat fenē tam obscure loqui,
vt non facile adsequatur quid velit. *Yo: yo no*
soy adeuinador.

Nempe ergo vis) Igitur petis, & cupis,

Me loqui aperte) me tibi proponere &
dicere palàm,

Quæ restant) quod superest, eorum quæ
te volebam scire, *Luego quieras tu que yo te hablé*
clayo, lo que queda de lo que querria que supieses.

Sanè quidem) Maximè verò, si cierto.

Si sensero) Intellexero Hodie)

Te conari) confingere, moliri, excogitare

Quidquam) aliquid

Fallaciæ) fraudis, astutiæ, aut nequitiae

In

In his nuptijs) de filio meo
 Quo minus fiant) ne absoluantur, si yò
*se oy que tu hazes algũ poco de engaño, o trampas
 para impedir estas bodas que no se hagan. Com-*
minatio senis, ex imperio qd̄ habet in seruũ.

Aut) [si sensero te]

Velle ostendere in ea re) in ijs nuptijs,

Quàm sis callidus) quantum sis astutus,
 quantũ valeas in fallacijs excogitandis, O que
tu quieras mostrar en esto, quanto seas sagaz, y astuto.

Dedã te Daue) cõñctã, dabo te [in ppetuũ,]

In pistrinum) in eum locum in quo pis-
 lis & molis contundebantur fruges.

Cæsum verberibus) verberatum

Vsq̄ue ad necem) vsq̄ue ad extremum,
 vel vsq̄ue ad interitum.

Ea lege atque omine) ea conditione atque
 auspicio, Yo te echarẽ para siempre en el atahona, o
 molino a gotado hasta la muerte. Nã leges antiquis
 auspicijs seruatis ferebantur.

Vt si te exemerim) extraxerim.

Indẽ) ex pistrino.

Ego molam) in pistrino

Pro te) in tuum locum, Con tal ley, y condi-
 cion, que si yo te sacare de alli, que yo molere y traerẽ
 la rueda por ti.

Quid!)

Intellexin' hoc?) nõne hoc iã intellexisti!
 Que has lo agora entendido?

An

An nondum etiam) nonne etiam adhuc
 Ne hoc quidem) [intellexti!] O no has a un
entendido lo que yo te he dicho.

Imo callidẽ) [intellexi.] respondet ad id
 quod senex dixerat, cum eum callidum ap-
 pellauit: & hoc ironice, imò verò (inquit) as-
 stutẽ, si he hecho y muy finamente.

Ita apertẽ) adeò facile

Locutus) [es]

Modò ipsam rem,) Tan facilmente declaraste
 el negocio agora. Adeò facile locutus es, vt nũc
 etiam facile adsequar quid velis.

Nihil es vsus circuitione) [verborum,]
No has andado por rodeos.

Passus sim facili) pãterer multo libẽtius,

Me deludier) deludi & circumueniri,

Vbi vis) in quacunq̄ alia re.

Quàm in hac re) [de nuptijs filij,] Yo sufrĩ
 re antes ser engañado en qualquiera otra cosa q̄ en esta.

Bona verba quæso) Ironice dictum, ac si
 dicat, Meliora loquere rogo te, Habla mejor
 yo te ruego, o no seas tan riguroso.

Irides) ironice loq̄ris, ludis me, Burlas te.

Nihil me fallis) non me decipis, Tu no me
 engañas no. Ac si dicat, Fingis, vel negas te velẽ
 le me deludere!

Sed dico tibi) comminantis cum admo-
 nitione. Iterum ego te admoneo eius rei.

Ne)

Ne)[quid] Facias temerè)ne me deludas inconsultò, *Mas yo te auiso, y amonesto que mires bien lo que hazes.*

Neque tu hoc dicas non prædictum tibi) & non dicas tibi hoc me non prædixisse, aut te admonitum non fuisse à me, *Y no digas despues, que yo no te auise.*

Gaue)[tibi] prouide, attende, *Guarda te.*

S C H O L I A.

Non dubium est, quin hoc fiat, venusta locutio, *No ay duda sino que esto se haga.* Non dubium est, quin succenseat præceptor, *No se ha de dudar, si no que el maestro se enoje.*

Audiui, futurum esse hoc, quod barbarè dicas, Audiui quòd hoc esse deberet, *Oy dezir que aquello a uia de ser.* Cicero in Verrem, Quos cunq; venerint, hanc sibi rem præsidio sperant esse futuram, *A qualquiera parte que uendran, esperan que esta cosa les sera en ayuda y defensa.*

Abire translaticie dicitur aliquid, quando paulatim nos deferit, effluit, præterit. Vnde abit tempus, aut hora, quod vulgus ait, *El tiempo, o la hora se passa.* Cicero, Abijt illud tempus, mutata ratio est. Terent. Dum hæc dicit, abijt hora. Sic hoc loco, Mirabar, hoc si sic abiret, *Yo me espantaua si esto auia de ir y passar se assi.* Statim postea, Euadere in eundem sensum accepit: Verebar quorsum euaderet.

Lenitas

Lenitas (inquit Cicero) iustitia est in moderatione animaduertendi: vnde Lenitas patris, lenitas verbi, lenitas sermonis, pro modestia, facilitate & mansuetudine sumitur, *Dulcedumbre, y moderacion.* Huic autem contrarium Leuitas.

Verbum facere, pro loqui, tam apud oratores, quam poetas inuenitur. Cic. in Verrem, Antequam verbū facerem, de sella surrexit atque abiit, *Antes que yo dixese una palabra se lleuanto de la silla, y se fue.*

Agrè ferre, molestè ferre. Iniquè & iniquo animo ferre: Item, Grauitè ferre, statim postea, Indignè, iracundè, & acerbè ferre, pro eodè sumuntur: sic enim variatur hæc locutio, *Sufrir mal, y enojarse por alguna cosa.* Cui contrarium est, Patièter & æquo animo ferre, Moderatè & modestè ferre, item etiam Leniter, siue Leuiter. *Sufrir bien algo, y con paciècia.*

Duci, eleganter dicimur aliqua re, cum ea nos mouet, excitat, delectat, allicit, vel inducit, tanquam feras in retia. vulgus nostrum dicit, *Atraido.* vt Duci ineptijs, ac fabulis, dixit Cic. pro Cluètio, *Ser atraido y engañado con uanas palabras y sablillas.* Sic Duci phalaris dictis, apud Terent. in Phormione, *Ser en ganado con buenas palabras, y bladas.* Quemadmodum hoc loco, Duci falso gaudio.

H

Amo

Amouere, ad inanimata trāslatū, Terētio & Plauto peculiare est, quēadmodū Abigere & auferre. vt enim Amouere amorē ex animo, & Amouere opinionē, dixit Terē. statim postea, & hoc loco amouere metū: sic Plaut. in Mercatore, Amouere animū studio puerili: & in Asinaria, Amouere segnitie à se: & in Trinūmo, Amouere suspicionē ab alto. In eundē sensum dixit Cic. Amouere assentationē: & Lilius, Amouere culpā à se, quarto ab Vrbe cōdita, Eo pacto protulit Plaut. in Mercatore, Abigere lassitudinē: & Plin. Abigere fastidiū. Magis autē propriū oratorib⁹ auferre, in eandē translationē. Auferre amorē ab aliquo, dixit Cic. ad Att. & Auferre spē imitandi corporis, Offic. 3. & de Amicitia, Aufert fructū voluptatū solitudo, *Estar solo quita el fruto de todo deleyte.* Oscitare, propriē dicunt, q̄ vel ante somnū, vel etiā à somno, & vt plurimum præ otio nimio, os idētidē aperiunt, *Bocezar.* Et quādo q̄ oscitāt, ferē nihil prouidēt sibi, neq; plurimū attendūt ad ea quæ futura sunt, cū poti⁹ somno q̄ vigiliæ sint proximi, [vnde dormitantes & oscitantes appellat Cic. de Oratore] ob id factū est, vt hoc loco Teren. oscitantes pro securis, & ijs q̄ nihil potēt, sumperit. *Que no piensan en nada.* Oscitantes autē Epicurū, vocat Cicero, primo de nat. deorum

deorū, otiosum, & negligentē, quod huiusmodi homines, frequenter oscitare soleant.

Nō est, vel Nō fuit mihi spatium cogitandi pro Nō licuit cogitare, Nō vacauit vt cogitare, elegāter dicas: quēadmodū etiā id quod quotidie vsurpatū videmus, Nō habui spatium dicēdi, aut deliberādi, *Yo no tuue espacio ni lugar. nā Non habui tēpus, corruptius dicas, & inelegantius. Ne putes autē spatium in hoc sensu barbarū esse, aut minus elegans, quasi verò non æquē de tēpore ac de loco dicatur. frequentissimū inuenias apud Ciceronē, vt primo Officiorū, Spatium deliberādi habuerūt, quē potissimū vitæ cursum sequi velent, Tuieron espacio y lugar para deliberar que manera de vida querian, y dessea, an mas seguir. Dare spatium, pro Quintio, Nisi tēpus & spatium datum sit, intelligi nō potest, A gran pena se puede entender, si no sea dado lugar y espacio. Item de finibus, Spatium sumamus ad cogitandum, Tomemos espacio de pensar, Quæ postrema locutio vix bene Latina existimaretur, nisi à Cicerone vsurpata esset.*

Carnificē trāsferūt Comici ad seruos, quos heros suos excruciat, quasi digni sint carnificis, vt lanient. Nā is propriē carnifex dicit, q̄ ex hoibus carnes facit, *verdugo o sayon.* Alios qui oratores carnificē sumūt pro plagiatario,

& eo qui multos occidit, quē vulgus nostrū vocat, *Matador*. Cicero in *Verrē*, Nō ficariū, sed crudelissimum carnificem ciuitum.

Rumor est te id moliri, *Dizen que tu trabajas para esto*. Venusta locutio. Cic. ad *Lētulū*, Rē te valde bene gessisse rumor erat, *Dezia se que tu auias hecho muy bien tu negocio*. In hūc sensum dicas, *Aiunt, fama est, fertur*.

Id populus curat scilicet, prouerbiale dictum, quale est illud *Virgilij*, Scilicet is superis labor est, *Mucho aofadas se dan, o se curan deffo*. Per amaritudinē cum risu permittam, & in contrarium sensum ac cōtemptu prolatum, pro *Nimirum*. Crederet scilicet, inquit Cicero, *Creer lo ia aofadas*.

Exquirere, pro diligenter inuestigare, venustē sumit, *Inquirir y buscar con diligēcia*. Exquirere mores alicuius, dixit Cic. pro *Flacco*, *Inquirir de las complexionēs*. Sic Exquirere veritatem, pro lege *Manilia*, *Inquirir la uerdad*. Exquirere pretium alicuius rei, in *Verrem*, *Inquirir del precio de alguna cosa*.

Nihil ad me attinet, parum ad me attinet, pro eo quod vitiato sermone dicas, Ego nō multum curo, *Yo no me doy mucho*. Superiore scena declaratum est.

Fert ætas, tempus, occasio, res: hoc est, Licet per ætatem, tempus, occasionem. Cic. I. *Tuscul.*

Tuscul. Fidenti animo (si ita res fert) gradietur ad mortem, *Sies menester*.

Explere animum, est exatiare, satisfacere libidinibus animi: & hoc loco, pro eo proprie sumitur, quod vulgō corruptē quidam dicūt, *Facere ad suā voluntatē & placitū, Hacer a su uolūtad, y cumplir su desseo*. Alioquī cū adfecto Explere animum gaudio, accipitur pro *Iucunditatē maximā adferre*. Et in *Hecyra*, Explere animum curis, *Soluere & exonerare, Quitar todas molestias y cuydados*.

Diem pro tempore, & maximē præsentī, sumptum frequenter inuenias. Ut plurimū autem pro ætate, quando ætas diebus conficitur. Vndē *Iuuenalis*, de *Priamo* loquēs, *Longa dies igitur quid contulit! Id est, Quid ei longæuitas profuit! inquit Budæus noster*. Sic hoc loco, *Hæc dies aliam vitam adfert*. Hoc est, *Hæc ætas, hoc tempus, denuntiat, & secum adducit, petit, expostulat aliam viuendī rationem*. *Agora la edad demanda biuir de otra suerte*.

Postulare, minus est quā Orare, atque id proprie significat, quod vulgō dicimus, *Requerir*. nēpe vehementer petere. Cic. de *Amicitia*, *Neque quicquam vnquam, aut honestū, aut rectū, alter ab altero postulabit*. Orare autē, est præcibus cōtēdere, ac poscere. Itaque si hæc verba

H iij in suū

In suum ordinē reducamus, Petere, est quiddā
 min⁹ quā postulare: postulare min⁹ quā postulare, Po
 stulare min⁹ quā orare: orare, min⁹ quā obsecra
 re: obsecrare, minus quā obtestari: extremū om
 nium est implorare: cui etiam supplicare
 minus est. Constructio autem sic habet, Pe
 to te vel à te. Cicero, Te autem pro vetere
 nostra necessitudine etiam atque etiam pe
 to, vt eius filijs, qui in tua potestate sunt, mi
 hi potissimū cōdones. Idē, Peto igit à te, vel
 si pateris, oro. Eiusdē significationis vel etiā
 cōstructionis est Rogo. Postulare verò & po
 stulare ab aliquo, vel absolutè dicim⁹. Orare
 aut aliquē, Obsecrare aliquē, vel ab aliquo:
 sed postremū rarius. Obtestari & implorare
 tantum aliquem, vel aliquid.

Redire in viā dicunt is, qui errauerat, & ab
 itinere recesserat, *Tornar al camino*. Metaphoris
 cè transferunt ad errorē animi, nepe quando quis
 à iusto, æquo, & recto deflectit. Cic. in Phi
 lippicis, Quod si est erratū p.c. spe falsa atque
 fallaci, redeamus in viā: optimus est portus
 penitenti, Immutatio consilij. Plautus in Ca
 sina dixit, Redire in rectam semitam, *Tornar
 al camino derecho*.

Deterior pars, causa, cōditio, dicunt peior,
 & minus proba, cui aliquid deest, quasi dex
 trita. Lilius, Deteriore conditione sumus,
 quā

quā apud patres nostros fuerunt captiui.
*Nostrós estamos en peor estado, que a cerca de nuestros
 padres fueron los captiuos.*

Non sum Oedipus, prouerbiū ad eos
 applicatum, qui se dubios sermones vel ob
 scuros minus intelligere affirmare volunt.
 Fuit enim Oedipi ingenium apud antiquos
 nobilitatū proponendis & dissoluendis eni
 gmatum scirpis, propter dissoluta Sphingis
 problemata. In eam prouerbij formā potes
 alios in quauis re nobiles adferre: vt Henric
 cus sum, non Cicero: cum te non usquepadeo elo
 quentem adfirmabis. Carolus sum, non Her
 cules, si de magnis viribus corporis agetur.

Apertè loqui, dicere, fallere, irridere, adu
 lari: est quod dicimus, euidenter, manifestè,
 palam. Vnde Cicero apertè palamque dice
 re, protulit secunda actione in Verrem: &
 Apertè mentiri, quarto Academicarū quæ
 stionum, *Clara y manifestamente*.

Sanè quidē, sic sanè, sic certè, imò, vero,
 venustæ loquēdi formulæ, pro eo quod vulga
 riori sermone quiddā dicunt, Ita certè, vel pro
 fedò. Cicero primo Tusculanarū quæstio
 num, Id igitur si acciderit, simus armati. P.
 Sanè quidem. Sed ne accidat prouidebo.

Conari verbo vtitur Comicus, pro eo
 quod orator profert Dare operā, *Trabajar por el*

entendimiento. Sed & mihi magis propriè videt̃ sumi pro moliri, quemadmodum hoc loco, Conari aliquid fallaciæ in nuptiis, quo minus fiant. Hoc est comminisci, moliri, excogitare dolum aliquem ad disturbandas nuptias, *Pensar o fingr algun engaño por estoruar el casamiento.* Nam id propriè fallacia significat, quod quidam dolum malum appellant. Vnde puerbiũ Comici, Fallacia alia aliã trudit.

Callidos appellat Cicero tertio de natura deorum, quorum tãquam manus opere, sic animus vsu concalluit, *Endurecidos como los que tienen hechos callos a los açotes.* Nam Callere propria significatione, est ex longo labore calidum obducere, vel contrahere, *Hazer callos, y endurecer.* Vnde Callere mens aut animus dicitur, quum longa experiẽtia fecit habitum quendam rerũ in quibus versatur, *Habituado.* Cicero Sulpitio, Atqui in illis rebus exercitatus animus callere iã debet. Vnde etiam Callidè, aduerbium, quod statim postea subiicit Comicus, pro peritè, & astutè. In his rebus (inquit Cicero de Orat.) satis callidè versari, & peritè potest.

Cædere verberibus, quod vulgatius diciẽ, Verberare: itè etiã verberib⁹ afficere, Plau. dixit Cædere restib⁹, *Açotar fuertemẽte.* qđ Cic. i Philip. Cædere loris, *Açotar cõ uergas, y açotes*

Et in

Et in Verrẽ, Cædere virgis vsq; ad necem. Verbera autẽ cõtẽdit esse Valla, instrumẽta longa & exilia, qualia sunt virgæ, baculi, fustes, flagella, & cætera huiusmodi.

Dedere in pistrinum seruum aliquem. i. quod Liuius nono belli Punici, & Cæsar primo belli ciuilib, tradere ad supplicium dixerũt. Nam pistrinum antiquis extremum erat seruorum supplicium: illuc enim si quid noxæ commisissent, detrudebãtur ab heris suis ad agendas pistrinorum molas. Dedere autẽ ideo magis propriè dictum, ad vim locutionis, quasi perpetuò dare: præterea etiã, dedimus hostibus præcipuè. Itaq; Dedere aliquem alteri ad suppliciũ, dixit Liuius primo ab Vrbe condita, & Cæsar septimo belli Gal. quẽadmodum Plautus dedere aliquẽ morti, in Asinaria, *Matarlo, o dar a muerte.*

Ea lege atq; omĩne id tibi dono, vt aliquãdo rependas: hoc est, ea conditione, eo iure, hoc pacto, *Con tal condicion:* nam lex id significat in ea locutione. Omen autem quasi prænũciationem & prædictum subiungit Terentius, ad maiorem terrorem incutiendum. Id verò postea in prouerbium abiit.

Eximere aliquem supplicio, obsidione, viculis, seruitute, metu, est quod vulgò dicimus Retrahere, *Librar, y rescatar.* verbũ iure proprium

proprium, cum fit mora, quo minus aliquid in iudicium veniat. sic enim eximitur dies apud eos. Sed hæc paulò sunt obscuriora.

Vti circuitione, vti ambagibus, longa verborum periodo, est obscure rem aliquam dicere, difficulter tractare, *Hablar escuramente, o con palabras dudosas*, cui contrarium est, *Aperire loqui*.

Vbiuis, aduerbium compositum, pro, in alio quouis loco, vel in alia re quam voles. Cicero, *Mihi videntur vbiuis tutius, quam in senatu fore*.

Patior vel passus sum me deludi, quod vulgò dicimus, *Yo me he dexado enganar*. Cicero pro lege Agraria, *Deludi vosmetipsos diutius à Tribuno plebis patientini! susri- reys de aqui adelante ser enganados deste Tribuno de pueblo*.

Bona verba quaeso, ridentis & subsannantis locutio, quam corruptè aliqui efferunt, *Tu bene dicis, Dixeris uerum, es bien dicho, estamos contigo en ello*.

Temerè aliquid facere, dicere, aut scribere, est imprudenter, & stultè, aut inconsultè: vnde hæc locutio, *Ne temerè facias, conuertitur facile in eam, quam vulgò dicimus, No lo hagas si eres sabio, o sin mirar en ello, sin consejo*.

Prædico tibi hoc, præmoneo te huius rei, neque hoc dicas tibi non prædictum, non dicas id te

id te non præmonitum, *No me uengas despues a dexir, que yo no te auise, que yo no te lo dixi primero*.

ACTVS I. SCENA III.

A. R. G. Deliberat apud se Dauus, velit ne Pamphilo esse adiutor, an auscultare seni.

DAVVS.

ENIMVERO *Dave, nihil loci est segnitie, neque socordie,*

Quantum intellexi modo senis sententiam de nuptijs,

Que si nõ astu prouidetur, me, aut herum pessundabunt. Nec quid agam, certum est: Pamphilumne adiutem, an auscultem seni.

Si illum relinquo, eius uitæ timeo: sin optiulor, huius minus,

Cui uerba dare difficile est. primum iam de amore hoc comperit:

Me insensus seruat, ne quam faciam in nuptijs fallaciam.

Si senserit, perij, aut si libitum fuerit, causam ceperit:

Quo iure, quaque iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.

Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria,

Sive ista uxor, sive amica est: grauida è Pamphilo est.

Audireque eorum est operæ pretium audaciam.

Nam INCOEPTIO est amentium, haud amantium.

Quicquid peperisset, decreuerunt tollere.

Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,

Ciuem Atticam esse hanc, fuit olim quidam senex

Mercator

*Mercator: nauem is fregit apud Andrum insulam.
Is obiit mortem: ibi tum hanc eiectam, Chrysidis
Patrem recepit orbem, paruam. fabule.
Mihī quidem Hercle non fit uerisimile: atq; ipsis com-
mentum placet.
Sed Mysis ab ea egreditur, at ego hinc me ad forum, ut
Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater impruden-
tem opprimat.*

CONSTRUCTIO.

Enīmuero) Sanè verò, profecto.
Daue) [apud se loquitur more comico]
Nihil est relictum loci) nullus est relictus
locus, nulla superest occasio.
Segnitiae) ad segnitiam, aut cunctationē,
Neq; socordiae) ad ignauiam, por cierto no
queda mas lugar, ni ocasion de ser perezoso ni de deso-
raznamiēto. Nam segnitia ad rerum agendarū
negligentiam, Socordia ad animum & incu-
riam referuntur: quasi verò hoc dicat, Nihil
iam amplius opus est Daue, ut sis segnis &
socors, No es menester de aqui adelante dormir, o no
mirar por si. Quantū intellexi modò) in
quantum, vel ad ea quæ nunc intelligere po-
tuit, Sententiam) ex sententia, verbis,
opinione. Senis) [Simonis]
De nuptijs) [Pamphili] quod attinet ad
nuptias Pamphili, Quāto yo pude agora entender
de esta sententia y opinion del uiejo en lo que toca a las
bodas

bodas de Pamphilo. Quæ) [omnia à fene-
excogitata de prædictis nuptijs]

Si non prouidentur) nisi cauentur, vitæ
Astu) astute, caute.

Pessundabunt me aut herum) demergēt
me & heri filium, Las quales cosas si no se proueen
con astucia, y cautela, o algun buē medio perder me han a
mi, y al hijo de mi amo: o a mi amo Pamphilo.

Nec certum est) neq; certum habeo, neq;
constat apud me.

Quid agā) quid agere debeam, y no se de cierto
to que deua de hazer. Ne) vtrum.

Adiutē Pamphilū) auxilium & opem fer-
re aut præstare debeam Pamphilo.

An auscultē seni) an verbis senis [Simō-
nis] sim obtemperaturus, o si yo deuo de ayu-
dar a Pamphilo, o obedescer al uiejo.

Si relinquo illum) [Pamphilum]

Timeo vitæ eius) vereor ne pereat, ne mo-
riatur, si yo dexo a Pamphilo, temo que muera.

Sin opitutor) si verò [illi Pāphilo] opē fero.

Minas) obiurgationes, iurgia [timeo]

Huius) [senis] Vereor ne ob hoc succē-
seat senex, qui pistrinum mihi cōminatus
est, si yo le ayudo, temo las amenazas, y riña del uiejo.

Cui) [seni] Difficillimum est dare ver-
ba) hoc est, quem difficile est circūuenire, &
decipere, Al qual cosa difcil es de engañar por palabras.

Primū

Primum iam) [pro] iam primum.
 Comperit senex) compertum habet,
 De hoc amore) [Pamphili,] quod Pam-
 philus amet Glycerium: *ya ha entendido deste
 amor de Pamphilo.*

Seruat me) obseruat me.

Inferus) animo infero, atq; inimico, y
cuenta mis passos, o mira lo que hago con animo enojoso.

Ne faciam) excogitem, committam.

Quam fallaciam) aliquem dolui.

In nuptiis) [quas cogitat de filio suo] Por-
*temor que no haga yo algũ engaño en el negocio de las
 Hanc Glycerium) [Et]
 Continuo) statim, postea,
 Mors occupat eam) moritur, fato fungitur,
Y ella me dio a Glycerio por la mano, y luego se muere. [ego Pamphilus]

Accepi) ab eo tempore [Glyceriū in meam fidem,]

Seruabo acceptam) tanquam meam habeo,
Yo la tome yo la tendre y guardar por mia.

Quidem) Equidem, certè

Spero) expecto

Ita) futurum, *Yo espero que sera asi.*

Sed cur tu) Myfis

Abis) discedis, recedis

Ab illa) Glycerio! *Mas porq̄ sales tu y no quedas con ella.* [ego Myfis]

Accerso) eo accersitum,

Obstetricem) *Voy me a llamar la partera.*

Propera) Accelera, *ve presto.*

Atq; & Audin) audisne?

Caue) dicas

Vnum verbum) aliquid

De nuptijs) [quas pater moliet,] *Mas oyes? guarda te de dezir nada destas bodas.*

Ne etiam hoc) vt non id adhuc [faciat]

Ad morbum) augendum, ne id morbum Glycerij adaugeat, *Porq̄ no le acreciete esto su mal.*

Teneo

Teneo) Intellego, capio, *Yo esto al cabo.*

SCHOLIA.

Hocceine, dictio magis comica, quam oratoria. Eius loco dices in cōmuni sermōe, An hoc, vel anne hoc, vel hōcne. Ita etiā Siccine comicū est, cuius loco facili⁹ vtēris, Itāne vel anne ita, aut, an verò sic. Huiusmodi particula vim habet interrogatiuā cū indignatione.

Humanum factū, pro humaniter factum, hoc est, honestè & modestè atque eleganter. Fecit humaniter Licinius (inquit Cicero) quod ad me missio senatu vesperi venit, *Hizo lo bien y honestamente de uenir a la tarde a mi despues de despedido del senado.* Vnde humanitas pro facilitate, lenitate, modestia, vrbantate, mansuetudine. Cicero de Oratore! Lepor & humanitas in omni tempore vitæ versetur, *Gracia y honestidad, se hallen en vos todo el tiempo de uuestra uida.*

Officiū alicuius id est, quod aliquis præstare & efficere proprio quodam iure natus est, ac debet, *El hecho y officio que cada uno es tenido de hazer.* Vnde facere officium, & fungi officio amicorum dicuntur, qui id faciunt aut præstant quod amicos decet: Discedere autem ab officio, qui contrā nihil agunt, quod æquum aut iustum dici debeat.

Quid est, si hoc non est? *venusta locutio,*
 qua

qua cum interrogatione id ostendimus esse, quod coniicimus: quasi ab alio. exoptulantes, quid aliud sit. Cicero, Quid est quaeso Metelle iudicium corrumpere, si hoc non est? *Que es yo te ruego Metello corromper la iusticia, si esto no es: hoc est, si hoc quod ostendo, non est corrumpere iudicium, peto a te Metelle, quid putas esse aliud? aut quid est quod praeterea vocandum censeas, iudicium corrumpere?*

Contumeliam id esse proprie puto, quod vulgus nostrum vocat, *Menosprecio, e infamia.* Ut a contemnendo vocabulum deducatur: unde Contumeliam dicere, *Hacer infame, o difamar.* & Contumeliã accipere, & Contumeliosas literas dixit Cicero ad Q. fratrem, *Cartas que diffaman.* & Contumeliosas voces, *Dezir alguna cosa en menosprecio, infamia de los absentes.* dixit Cæsar. Hinc etiã Cõtumeliosè aduerbiũ vt Cõtumeliosè aliqd dicere de absentibus.

Decreuit se dare mihi vxorem, & Decreuit se daturum mihi vxorem, æqualem habent constructionis vim. Sic quoq; Pollicitus est se daturũ: & Pollicitus est se dare: tamè hoc minus frequẽs est, minusq; vsitatũ.

Variat eleganter hæc locutio, secundum constructionem, Oportuit præscisse, oportuit fecisse, & præscitum oportuit, vel factum oportuit: veluti postea dixit, Oportuit mi

it mihi communicatum: eandem enim vim habent, & admodum elegãtem, pro eo quod vulgò dicitur, Debebat mihi dicere antè: & Nonne debebat mihi communicare? *No me lo deuia dezir primero?* Nonne me ante præscisse oportuit? additum est Antè, ad vim maiorem & emphasim. Nam sine aduerbio stabat sententia.

Communicare aliquid alicui, vel cum aliquo, est id ei tecũ commune facere, eumq; facere participè, siue gaudiũ, siue mœsticiã, siue lucri, siue etiam damni fuerit, *Comunicar, y dar parte del negocio.* Cicero pro Roscio, Auxilium sibi putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit, *El que comunico su negocio con otro piensa auer alcançado ayuda.*

Quod verbum audio? Verbum, hinc pro sententiã, aut dictione, aut sermone accipitur, veluti docuimus in naturis partiũ oratiõis.

Denegare, maius quiddam est quàm negare. De enim, auget in compositione. Denegat autem se cõmissurum, Latinis dicitur, qui negat quod committere debeat: ita enim vulgus proferre solet. Sic quoq; Dicit ille se facturum: per participium elegãtius dicitur, quàm Dicit quod faciet, *Dixe que lo hara.* Pollicitus est mihi se daturũ, Promisit mihi dare, *Prometio que me daria, o de dar me.*

Quod

Quod superius dixit Terent. Dare vxorē,
& Dare in vxorē, id nūc variat. Idē enim est
cū superiorib⁹, Cōmittere vxorē alicui, ve-
luti etiā Collocare non inuenistē dixeris. Ea
enim est ppria significatio verbi Cōmitto,
vt significet simul mitto: vnde Cōmittere
semē solo dicim⁹, *Echar y dar la simiente a la tierra.*
Ita etiā Cōmittere vxorē viro, *Dar muger a un
hombre.*

Abstrahere, vim quandā habet,
magisq; significat q̄ Trahere. Trāslatitiē igitur
Abstrahere aliq̄ ab alio, erit id quod dicitur
vulgō, *Quitar y apartar por fuerca.* Cic. Si
quas copias à Lepido abstraxissent, *si ouies-
sen podido quitar alguna compañía de gente de Lepido.*

Pereo funditus, interi⁹, actū est de me, óc-
cidi, pecularia sunt apud Terē. *Yo soy perdido,
hecho es de mí.* Sed hoc Funditus, nescio qd ha-
bet vehemētiae & augmēti, ad rē planē despe-
ratā significandā: translatione sumpta ab ijs
quæ in aquam vsq; ad fundum demergūtur,
vnde difficillimē possunt extrahi: vnde pau-
lō antē dixit Scena tertiā, Peri⁹, nullus sum.

Inuenustus, q̄ gratijs & venere caret. *Ve-
nerē tū assumimus p decoro & ornatu: vnde
Venustū, decorū: & venustam orationē dicit
mus: inde etiā venustē aduerbiū, eleganter,
propriē, ornatē: à quo Inuenustē, incōptē, in-
elegāter, Rarō aut vtimur hoc aduerbio aut
nomine,*

noīe, nisi cū negatiōe q̄ affirmet. Cic. Cēso-
rin⁹, nō inuenustus actor, sed iners, inimicus
fori. hoc est, actor venustus & elegās, *Buē ple-
teador.* Sic Gellius, Nō inuenustē lusit hac sen-
tentiola. hoc est, nō improprīe, sed elegāter.

Affinitas, consanguinitas, affiniū inter se
coniunctio, *Parëtesco por casamiento.* Affines au-
tem fiunt, cū duæ cognationes quæ diuer-
sæ sunt, per nuptias copulantur, vt altera al-
terius cognationis finem accedat. Ex quibus
etiam fiunt propinqui: dicuntur enim Pro-
pinqui ij, qui propter affinitatē quā habent
cum vna cognatione, iungunt cum alia, per
aliquas ipsorū affiniū nuptias, *Parëtes de lexos
ceranos amigos, parëtes de parte de la muger de mi her-
mano sobrino o pariente.* Cic. in Officijs, Sequun-
tur cōnubia & affinitates, ex quibus etiā plu-
res propinqui, *siguense casamientos y parëtescos de
los quales tam bien uienen muchos cercanos, y amigos.*

Spretus is dicitur, cuius minimū solliciti-
sumus, quem paruipendimus, *Aquel de quien no
se haze cuenta.* Virgilius Iniuriā spretæ formē
dicit, pro Iniuriōsē spretā formā, cum igno-
minia paruipensam, quæ tamen in summo
pretio haberi debuit. Dicitur enim de ijs re-
bus, quas iure æstimare debemus.

Facta, transacta omnia, *Todo es hecho, y pas-
sado, todo es concertado.* Eam enim vim habet
Transi-

Transigo, vt Conuenire, concordare, & pacisci significet, *Acabar la uenta o compra.* Roscius pro sua parte cū Flauio transegit, *Por su parte concerto.* In Philipp. Negotium transegit, nisi ille sub scalas tabernæ librariæ coniecisset, *Tu ouieras hecho y acabado el negocio, si no se ouiera puesto y echado debajo las gradas de la tienda de un librero.*

Repudiatus, ob rem pudendam reiectus, quod præcipuè de matrimonio dici solet: vnde Vxorem maritus, & maritū vxor repudiare dicuntur: item Iuuenis virginem in vxorem, & econuerso, *Desfechar.* Translatum postea ad alias res, vt Repudiare beneficiū, gratiam, & conditionem dixit Cicero, Item voluntatem & auctoritatem alicuius. Repudiatū quoq; sumpsit, pro eo qui repulsam passus fuerit in comitijs.

Id est quod suspicor, *Esso es lo que sospecho.* Elegantius & ornatius dictum, quàm quod barbarè dicitur, *Ego me dubito de hoc, Nā Dubitare, in hoc sensu barbarum est.*

Alunt aliquid monstri, rē aliquam prodigiosam, portentum aliquod moluntur, præter naturam, præter æquum & iustum aliquid faciunt, me absente. Trāslatio sumpta à mōstris quæ præter naturā procreantur, quod qui moluntur aliquid iniquum & ini-

& iniustum, præter bonorum naturam & consuetudinem agere videantur. Ita etiam Cicero, cum monstrum profert, rem aliquā intelligit, quæ opinionem omnium excedat. Non (inquit in Verrem) iam mihi futurum, sed monstrum ac prodigium videbatur, *Esto no me parecia un robo, mas un monstruo y prodigio.* Ita quoque dum aliquem ait Cicero narrare, quod excedat verum aut æquum, monstra narrare siue nuntiare dicit: Monstra (inquit) narrant, quæ falsa esse possunt. & Cherippus mera monstra nuntiārat, *Aula me traydo por mēfaje no otra cosa sino puros monstruos.* Hoc est, verba opinionē omnium excedentia.

Obtrudere, inuito & nolenti aliquid dare, *Dar a un que el otro no lo quiera.* vt, Obtrudere munera, Obtrudere pernam, sument, gladiū, inquit Plautus. quod fit, vt magis demereamur alicuius gratiam. Ita quoque Obtrudere vxorem alicui, est nolentem cogere ad nuptias, Terentius. Nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obrufit pater, *Yo no ose jamas desfechar la que mi padre me dio aun que fuerat de mi uoluntad.* Alioqui Obtrudere, propria significatione, est trudendo claudere. vt Obtrudere fores, *Cerrar la puerta empuxandola.*

Itur ad me, *viene a mi.* Vide quàm proprie dictum, pro eo quod vulgò dicitur, *Ipse venit*

M venit

veniant ad me, quoniam non possunt melius. Sic dicas, Itur ad præceptorem, *vanse al maestro. cum nihil est definitum, neq̄ tempus, neque persona.*

Oratio tua miserum me exanimat metu. Ita metuo ex verbis tuis, vt propè dum animus mihi cõcidat, vt ferè linquar animo, *Tus palabras casi me hazen perder el animo, y desmayar de miedo.* Oratio pro sermone & verbis, *vna plastica.* Terentius, Facetè nunc desumum isthac nota oratio est, *Muy a proposito y con mucha gracia ha salido agora al cabo esta plastica.* Exanimatus etiam metu dicitur, cui metus & timor animum ademerunt, quemadmodum exanimatam gaudio mulierem dixit Liuius.

Nam, non solum rationem reddit eorum quæ dicta sunt, sed etiam orationis initium exornat, præsertim vbi in narratione præcessit aliquid, vt hoc loco, Nam quid ego dicam de patre? *Porque que dire yo de mi padre?* cum indignatiõne, & animo commoto. Quid existimare debeo de patris imprudentia? Ea locutio in oratione forensi collocata, perinde agit, ac si dicat orator, Quid vobis videtur iudices, de ea re? quid censetis? quid vultis vobis dici?

Parare hic absolute, subaudit nuptias: dicitio est

atio enim est Terentio peculiaris, vt Parare nuptias, vel Parare quæ opus sunt ad nuptias dicat, pro eo quod est Conuiuium apparatus, *Aparejar el banquete.* Itaq̄ dices, Parata sunt omnia, *Todo esta aparejado.* Paratum est conuiuium, *El banquete y combite esta aparejado.* Coena parata est, mensa instructa.

Abi domum, & abi cito. formula loquendi admodum elegans, cum celeritate alicui indicim⁹, *ve presto a casa.* Nam I domum, aut Vade domum, aut Recede, non habent vim vsq̄ adeo efficacem: vt Recede hinc, aut Tu hinc recede: & I Intro, propriam habent loquendi formam.

Obstupere dicuntur, quibus ob timorem aut metum, aut repentinam aliquam animi percussionem, membra omnia ita frigent, vt stupida reddantur, neq̄ suum officium probe faciant, vt standum sit vno loco, neq̄ promouendum: id est, quod vulgo dicim⁹, *Estar espantado y atonito.* Obmutescere quoq̄, est mutum præ timore aut metu fieri, dum vox liberum aut integrum sonum non habet, hæretq̄ faucibus. Vnde Virg. Obstupui, steteruntq̄ comæ, & vox faucibus hæsit, *yo fui y todo espantado atonito, y me q̄ darõ los cabellos despeluzados y mi voz, q̄ no la podia echar de la boca, o se q̄ do en la gargata apegada.* hoc est, obmutui. Rescire pri⁹ aliquid, ornati⁹ dicitur, q̄ scire pri⁹. Porro Rescire, de re iopinata

M ij & quæ

& quæ præter sententiam euenerit dicitur: Resciuit omnem rem, *Toda la cosa y negocio supo.* Scire autem eo loco si collocaretur, nihil insperatum, sed prius meditatam potius significaret. Scio quid agam, *Yo se bien lo que yo hare.* Sciebat quid esset acturus.

Si qs me roget, si qs à me petat, si qs me interroget, si quis à me cõtédar, regrat, *si aliquo poruentura me demande, y pregunte.* Barbarè dicitur, Si aliquis à me quærat, aut quæret mihi, vbi est Ioannes: ego dicam quòd non est. Si quis me roget, quò concesserit Ioannes, dicam eum abesse.

Quid primùm exequar? Quid primò absoluiam? Quid in primis perficiam, aut moliar? *Qual cosa hare primero?* Nam Exequi maius est, quàm agere: absolutum enim quiddam significat, aut absoluendæ rei voluntatem: vt Exequi mandata, *Cumplir los mandados.* Exequi iussa, aut imperium patris, vel præceptoris, *Cumplir el mandado o querer y uoluntad de su maestro.* Quicquid præceperis, ego protinus exequar, *Qualquiera cosa que me encomendaredes o mandaredes, yo luego la despachare.*

Curis diuersè trahitur animus. hoc est, curæ animum huc atque illuc agitant, *Los cuidados lleuan el coraçon aca y alla.* Diuersè trahi, in diuersas partes duci. In diuersum maluit dicere

cere Lilius, Multa alia in Scipionis exitu animum in diuersum trahunt. Huc & illuc trahuntur rationes, ait Cic. hoc est, in vtranz partè. In diuersum trahunt authores, diuersa sentiunt. Alioqui diuersus, cõtrariũ significat. Eruca diuersæ est, q̃ lactuca, naturæ. *la origa yerua es de contraria natura, y uirtud de la lechuga.*

Trahi, duci, impelli, propria sunt ad animum: cum tenetur alicuius rei desiderio, aut cum ad aliquam rem deflectit: vt Trahitur animus curis, & Trahunt animum curæ. Sic, Ducitur animus cupiditate eius rei, & Ducit animum eius rei cupiditas. Impellitur animus ad hanc rem, & Hæc res animum impellit. Ita enim variant hæc loquendi formulæ.

Solicitare, ppria significatione, est frequentibus ictibus solū vertere: ab antiquo verbo Icito, deductū. Et tenerã ferro sollicitauit humū, inquit Tibullus. Translatū inde ad mentē, & eas res inanimes, quarū frequenti memoria animus huc atq̃ illuc ducitur. vt quæ admodū dicimus, Sollicitare humū ferro: ita etiã dicamus, Sollicitare aliquè promissis, & Sollicitare pretio animos: & quæ admodū dicimus, Humū ferro sollicitare, ita etiã Animum nuptijs sollicitari dixit Terentius.

Pudor, pro honesta verecundia & modestia

Ita sumitur, nō, vt plerunq; solet, pro timore, ob aliquam rem sordidam. Sic quoq; Pudens in eam partem accipitur: Homine (inquit Cicero) pudentē & officiosum cognoscēs, & dignum qui à te diligatur, *Tu lo hallas a hombre modesto officioso, y aparejado a hazer ser uicio, y digno que tu le ames.*

Vsq;e adhuc, Plauto peculiare, pro hastenus, & hucusq;. Permisit me ludere vsq;e adhuc, *Ha me dexado jugar hasta aqui.* Oratoribus non æquē familiaris hæc locutio.

Libitum est mihi, pro libet, ornatē sumptum. Cicero, Libitum est vobis, me impellere hodierno sermone, *Quefistes o plugo os de incitar me por las palabras de oy.*

Quicunq;, quæcunq;, quodcunq;, & huiusmodi cōpositæ dictiōes, facile & licet apud poetas ac comicos interrumpunt, secant, per eā figurā quæ interpositio dicit, vt hoc loco, Quod meo cunq; libitum est animo facere. Sic apud Virgil, Quo te cunq; vocet, &c.

Aduersor tibi, sum tibi contrarius, oblitator, oblitator tibi, aduersus opinionē aut sententiam tuā contendo ac facio, *Yo te soy contrario.* Sic, Aduersari libidini alicuius, *Ser contrario a la uoluntad de alguno y contradexirle.* &, Omniū spei aduersari, dixit Plinius, *Hazer contra la esferança de todos.* Vnde aduersos sibi multos mori

mortales protulit Sallustius, pro inimicis, & facile repugnātibus. Incertū est qd agā, quod barbarè dicit, Nescio qd ego debeo facere, *Yo no se q deuo de hazer.* Tā frequēs est hæc locutio apud Terent. & Plaut. vt in hūc sensum nulla ferè vtantur alia. Idem verò est quod paulo post ait, In dubio est animus.

Timeo quorsum hoc accidat, & Timeo quorsum euadas: in summa dubitatione & incerto rerū exitu sum. *Yo temo mucho a que fin uaya, yo temo mucho lo que quieres de dezir.* Nā accidere de rebus perniciosis & malis dici solet, veluti contingere de bonis.

Peropus est, valde opus est, maxime necesse est. Vide quantam vim habeat sola cōpositio eleganter posita. Es bien necesario, es bien razon. Ita etiam Peropportune, valde ad tempus, Peropportune venisti, *Tu ueniste a muy buen tiempo.* Sic, Redde quod dedi tibi mutuo, certè peropus est, *Torname lo que te preste, que sin duda bien ay para ello necesidad.*

Loqui aduersum aliquem, duplici ratione dicitur: aut enim significat colloqui cum aliquo in via. Nam qui cum aliquo in via loquitur, plerunq; aduersus & ex opposito confabulari solet, præsertim vt paululum insistendum, & est breuis habendus sermo inter eundem, vt hoc loco, *Hablar delante de*

alguno en pasando. Aut significat cōtra aliquē,
& in aliquem, vt Aduersus edictum tuum
loqui est ausa, *Oso hablar contra lo que le mandaste
o contra tu mandado.* Reliquas eius vocabuli si-
gnificationes longum esset persequi.

Paulo momento, Subito, En poco tiempo.
Cicero dixit Perleui momento, contra Rul-
lum, An ignoratis cætera vectigalia, perleui
sæpe momento fortunæ, inclinacione tem-
poris pendere? *No sabe ys poruentura que las otras
alcaualas muchas uezes en un momento de la fortuna
cuélgan de la mudança del tiempo?*

Laborat è dolore: noluit dicere Partur-
rit, sed laborat: hoc est, malè habet præ do-
lore quem de te concepit, vndè facilè con-
ijcias partū subsequutum. Laborare autē
nihil aliud est hic, quàm malè habere, quem
admodum apud Ciceronem, Languet è via,
*Esta cansado del camino hallase mal, por causa del ca-
mino.* Ita etiam Laborare, defatigatum esse,
ob aliquod incommodū, aut dolorem par-
tis afflictæ, Laborat à frigore, inquit Plin-
nius, *Muere de frio.* & Laborat ex renibus, di-
xit Cicero, sic Laborat ex intestinis. *Tiene
colica, o mal en los lomos y renes.*

Solicitus est ex hoc, quia audiit te nolle
sibi satisfacere, *Esta cuydadofo o mal contento, por
que entendio, que tu no le querias pagar.* Barbari
dicunt

dicunt Fastiditus est, Hoc autem propriè est
solicitum esse. Cicero ad Atticum, Antea
solicitus erā & angebar, quo vtī cōsilio pos-
sem, *Antes deste tiempo yo estaua cōgoxado de que cō-
sejo yo auia de usar.* Idē, Tota ciuitas suspen-
sa est & sollicita, *Toda la ciudad esta en duda y cuydado*

Constitutū est hoc in hanc diē, & Consti-
tuta est hæc dies huic rei: sic variatur huius
modi locutio. Id autē est quod dicitur, *Das-
ta est dies, Assignata est dies huic rei, El dia
esta señalado.* Itaque constituere diem collo-
quio, nuptijs, & alicui rei, dices eleganter, *Se-
ñalar el dia para hablar, para las bodas, o para otra cosa.*

Timeo hanc rē, ne mihi obsit: & Timeo
mihi ab re dicitur. Sicutiam Metuo & ve-
reor in hunc sensum.

Timet ne se deserat, optima recipatio,
rectiusq; dictum, q̄ si dixisset, eam: nam ad
proximū semper referendus est sermo, Ali-
oqui de alio dictum videretur. Timet ne sibi
noceas, de prima persona intelligitur, *Teme
que no le haga mal.* Timet ne noceas ei, de se-
cunda: Timet ne noceas illi, de remotiore &
tertia. Hoc tamen interdū confunditur: sed
ornatori sermoni qui dant operam, id im-
primis obseruare debent.

Conari aliquid, pro moliri & machinari,
peculiatē est Terentio, *Egōne istuc conari
queam?*

queam? *Pienſas tu que yo podria jamas hazer eſto? Ego ne id efficere, aut committere velim? jamas querria hazer o acometer aquello? Ornata loquendi forma.*

Credidit mihi ſuum animum, ſuam vitam, ſua conſilia, hoc eſt, Depoſuit mihi, cōmiſit: Terentio & Plauto peculiaris fermo, *Cometiome ſu ſecreto, ſu uida, y conſejo*. Hoc eſt, Confidit mihi de his omnibus, vt nunquam dubitet, me circumuenturum ſe, cum id maximè in me ſitum ſit. In eam formā dixit Cic. pro lege Manilia, Nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia. *No dude ys, no dilate ys de le dar todo a cargo de fiaros del en todo.*

Egregiè, pro valde, admodum, non inueniſtè ſumit: vt Egregiè doctus, Egregiè charus, Egregiè ſtudioſus. Cic. ad Calliū, Ab eo egregiè diligeris, *Tu eres bien amado del.*

Ingenium bene & pudicè eductum, *Vn animo y natural bien inſtituydo, y criado en toda honeſtidad.* Nam quāquam Educare propriè nutritum ſit, tamen etiā ad mores interdū pertinet. Cic. de ſinibus, Inſtitutus & educatus ingenuè, *Noblemente enſeñado y criado.* Contrā idē appellat Ingeniū ad turpitudinē educatū hominē in dedecore natum *Vn animo y coracon criado y enſeñado a todo mal.*

Hoc in te ſitum eſt, pro eo quod vulgus dicit

dicit. In te eſt, in tua poteſtate: hoc eſt, id præſtare potes, *Eſto eſta en ti, y en tu poder.* Huius rei poteſtas omnis in vobis ſita eſt, inquit Cicero, *Vosotros tene ys todo el poder deſto.* Idem de ſinibus, Situm eſt in nobis, vt aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus, & ſecunda iucundè & ſuauiſſimè meminerimus, *Eſta en nueſtro poder de olvidar perpetualmente las aduerſidades, y poner las buenas fortunas y aconteſcimientos en dulce y alegre memoria.* Idem tamē dixit in Academicis quæſtionibus, Aſſenſionem in noſtra poteſtate ſitam, *El conſentimiento que eſta en nueſtro poder.*

Vim ferre, quemadmodum & iniuriam, & moleſtias, dicere poſſumus, *Sufrir iniuria, moleſtia, o enojos, y no ſer por ellos uencido.* hoc eſt, non ſuccumbere.

Ignauus, animo confecto, proſtrato, deiecto, is eſt propriè quem vulgò dicimus, *Floxo y decaydo,* qui vim ferre non poteſt, quaſi alienus ab omni fortitudine tā animi quàm corporis. Vndè ignauos ac timidos milites, ait Cicero, ſubitò vbi viderint hoſtem, abiecto ſeuto fugere. Et Lilius, ignauiffimum ac fugaciſſimum hoſtem appellauit. Putaſſe ne me adeò ignauum, qui id facere cogiteme *Pienſas me que ſoy de coracon tan floxo y apocada, que quiera hazer eſſo.*

Huius

Huius consuetudo me commouet, & cō-
monet, vt seruē fidem. Conduplicatio hæc
cu in vehementia & affectu dici non potest,
quam gratiā sermoni adferat, *Su cōuersacion me
mueue, y mucho me amonesta a le guardar fe, y lealdad.*
Huius ingenium me delectat, & delectat vt
eum plurimū amem, *Su natural y manera me pla
ze y agrada tanto, que le amo mucho.*

Pudor, propriè ingenua est erubescencia,
quæ in malis virguncularum conspicitur,
aut ingenuorum adolescentulorum, vbi ves
rentur, aut aliquid audiunt quod indecentis
us sit, animumq; commoueat: vnde pudore
suffundi & perfundi dicimus. Pudoris enim
in malis sedes est, inquit Plinius. Id autem
iudiciū est ingenui animi, & qui turpia quæ
que odio habuerit, quod odium etiam foras
in facie promitur. Vnde pudicum ingeniū,
& ingenium pudicè eductum, paulo ante di
xit Terentius. Hinc etiam impudici dicti,
quos nihil pudeat, qui nullo pudore du
cuntur: quod tamen ad venerem magis trā
latum est.

Vnum hoc scio, quod barbarè dicas, Ego
bene hoc scio pro certo, *Yo esto se bien, y os
asseguro dello.* Sic etiam hoc vnum est, *Esto
es y en ello.*

Scriptum est hoc mihi etiam in animo,
hoc est

hoc est, Ego huius rei probè memini, vt nū
quam excidat, *Yo tengo aun esto escrito, y puesto en
mi entendimiento.* Meministi huius rei? Scri
pta etiam in animo est, *Acuerdas te desto? yo lo
tengo aun escrito, y puesto en la memoria o animo.*

Accessi, vos semotæ, nos soli. incipit. Ali
quid gestum, aut factum dum recensemus,
interdum sunt pronomina, interdum verba
elegantè subtrahenda, ne pariat odium fre
quens repetitio. Vt si dicas, Ego accessi ad
eam, Vos eratis semotæ, Nos eramus soli,
Illa incipit mihi dicere: vide quanto venusti
or est sermo superior posteriore. Quomoda
modum si sic narres exempli causa, Me vos
cauit præceptor. accessi: vos intus: nos foris:
incipit, Agedum bone vir, quid auditū est
strepitus, cum hinc abessem? obmutui.

Hoc clam me est, Clam te est: pro ignoro,
& ignoras, elegantè positum. Ita etiam Clā
me hæc facta sunt, me nesciente, *Que yo no lo
sabia, o sin saber lo yo.* Cicero in Salustium, *Ti
mēs ne facinora eius clā vos essent, Temiendo
que sus malos hechos no fuesen a uosotros encubiertos.*
Clam præceptore hoc factum est, *Esto fue he
cho que el maestro no lo sabia.*

Rem, pro supellectile & bonis fortunæ
ac diuitijs accipi, omnes norunt, vnde Lautā
rem, dixit Terentius, *De buena hazienda.* & Re
lauta

laura iuuenis, *Que tiene buena hacienda. Sic Ampla res. Et auiditas ad rem, quemadmodum paulo ante vidimus, & hoc loco. Tutari rem suam, Defendere bona sua, Tomar guarda o parar mientes, a su hacienda y bienes.*

Genius pro natura & voluptate quadam sumitur, vnde indulgere genio, & defraudare genium: hoc est, Dare & negare naturae quod appetit. De genijs autem ac dijs hospitalibus, nihil est quod hic dicamus.

Obtestari, *Rogar conjurando, o supplicar: magis est quam Orare. Itaque praeposuit Terentius, Oro, yo te ruego: deinde vero Obtestor, yo te suplico, o ruego quanto puedo. Vtrumque enim simul interdum ponitur ad maiorem vehementiam. Cicero, oro, obtestor que te pro nostra veteri coniunctione, & necessitudine. hoc est, Oro, & vehementer precor. Eandem quoque videntur habent Precor & Deprecor, apud Ouidium. Yo te ruego y mucho suplico por nuestra antigua familiaridad, y conuersacion.*

Segregare aliquem ab se, vel a se: hoc est, deferere, & extra gregem ponere: tractum a pastoribus qui seorsum a grege morbidas oves & aegras ponunt. Vnde segregare aliquem a numero ciuium, dixit Cicero, & Segregare virtutem a summo bono.

Diligo te loco germani fratris, *Yo te amo tanto*

tanto como a mi hermano proprio. Amo te loco fratris vterini: hoc est, tanquam fratrem vterinum, vel habeo te in fratris vterini loco, ac si, vel tanquam esses, aut non minus, ac si esses frater vterinus, *Como si fueses mi hermano de padre y madre. Lentulus ad Ciceron. Fratris loco mihi est, Es me tanto, como mi proprio hermano. Te mihi fratris loco esse duco, inquit Cicero, Tengo te como proprio hermano. Sic Colere aliquem in parentis loco, ex eodem, pro amare & reuereri aliquem tanquam parentem, Tener en tanta honrra, y acatamiento a alguno, como si fuese su padre. Germani autem fratres sunt, quos vulgo vocamus, Proprios hermanos esto es de padre, y madre. hoc est, ex eadem matre, ex eadem stirpe genitos, quos proprios fratres barbari dicunt, Cicero, Praesertim cum virgo vestalis ex altera parte, germanum fratrem complexa teneat.*

Maximi facere, & Magni facere, aut Plurimi facere aliquem, pro multum aestimare quod dicitur: hoc est, Bene de aliquo sentire, Habere aliquem in summo pretio, *Tener grande cuenta, o hazer mucho caso de alguno. Ille fecit te semper maximi, tu vero eum minimi, Siempre te tuuo en mucha estima, y tu a el en muy poca. Sic maximi pendere, & parui pendere, & minimi pendere,*

Morte

Morigerum esse, & morigerari alicui, magis comicum: Morem autem gerere, potius oratorum est. Cicero, Gestus est mos & voluntati & dignitati tuæ, *Han obedescido y segui do a tu uoluntad y dignidad.*

Do te virum isti, dixit Terentius, magis ex imperio mulieris matrimonium contrahentis, quam vt propriè dici soleat, potius enim, & rectius dicas, Hanc tibi do vxorem. Sed voluit in hoc seruare decorum personæ.

Committimus ea, inquit Donatus, quæ cum magna diligentiâ seruata esse volumus, *Encommendar o dar cargo de alguna cosa.* Committimus itaque bona, fortunam, literas, sortem, & huiusmodi, amicis & charissimis nostris.

Mando hanc tuæ fidei, hoc est, quod mox exprimit, Hanc tibi in manum do, vt bona fide serues atque obserues & diligas, *Yo te la doy en guarda, y dexo en tu fe.*

Accepi, acceptam seruabo, præclara repetitio in formam gradationis: Dedit, datum seruabo, Fecit, factum viderit. Amavit, amatam custodiat, *Amola, la que amoguardela.*

Abit ab illo, Recedit à domo illius, propriè dictum, pro Venit, aut exit de ipsius domo, *Sale de su casa del.* nisi malis interpretari pro Recedere ab aliquo, vt hæc locutio sequatur Plauti formulam, Abeo ab illis, postquam video

video me sic ludificarier, *Yo me uoy dellos pues que uo que se burlan ansí de mí.*

Accersere magis propriè effertur, quam Vocare: significat etiam quod barbarè dicitur, Ire ad vocandum: Accerse Petrum, iube veniat, *Ve a llamar a Pedro, di le que venga.* Per translationem autem, ad mala pertinet, vt Accersere sibi mala. Vnde prouerb. Accersit sibi mala, vt Cæcias nubes: & accersere auxilia, & res transmarinas dixerunt boni autores.

Propera, quod vulgò dicitur, vade cito, *ve presto.* Accelera gressum, festina, ito celeriter. Properat, inquit Cato, qui studiose ad res aliquas contendit: Festinat corpore ne cessitatibus obsequendi. Item properat, qui vnum quid maturè transigit: festinat, qui multa simul incipit, nec ea perficit.

Vbi quis ad aliquid properat, nosque non nihil ei cupimus dicere, decorum est verba interdum reticere, & orationem interrumpere, breuioremque facere: Vt verbum vnum caue de nuptijs: sub, dicas ei, &, Ne ad morbum hoc etiã: subaudi, addat aliquid molestiæ, hoc est, ne hoc etiã morbum augeat.

Tenco, capio, intelligo, audio, dictum putato. Tenes quid dicam? *Entiendos bien lo que te he dicho.* Iuxta rem tecum teneo, *Yo lo entiendo tã bien como tu,* peculiare est comicis.

N

Actus

ACTVS II. SCENA I.

ARG. Charinus amator Philumenæ, intelligit ex Birria seruo suo, Simonem patrē Pamphili velle dare filio suo Philumenā, Chremetis filiam. Obuiat Charinus Paphilo, rogat eum pro consuetudine mutua, ne id efficiat quod molitur pater, neq; Philumenam ducat.

GARINVS adolescens. BIRRIA seruus.

P AMPHILVS.

QVID ais Birria? daturne illa hodie Pamphilo Nuptiū? B. sic est. C. qui scis? B. apud forū modo De Dauo audiui. C. ne misero mihi ut animus in Spe atq; in timore usq; antehac attentus fuit: Ita postq̄ adempta spes est, lassus, cura confectus stupet.

B. Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri quod vis nō potest, uelis id

Quod possit. C. nihil aliud, nisi Philumenam, uolo.

B. Ah, quanto satius est,

Te id dare operam, qui istum amorem ex animo dimoucas tuo,

Quam id loqui, quo magis libido frustra incendatur tua? C. FACILE omnes, quum ualemus, recta consilia egrotis damus:

Tu si hic sis, aliter sentias. B. age age, ut lubet. Char. sed Pamphilum

Video. omnia experiri certum est prius, quam pereo.

B. Quid hic agit?

C. Ipsum hunc orabo: huic supplicabo, amorem huic narabo meum

Credo impetrabo, ut aliquot saltem nuptijs protrahat dies.

Interea

Interea fiet aliquid spero. Bir. Id aliquid nihil est. C. Birria,

Q. id tibi uidetur? adcon ad eum? B. quid ni? si nihil impetres,

Vt te arbitretur paratum mœchum, si illam duxerit.

C. Abi hinc in malam crucem cū suspitione istac, scelus.

P. Charinum uideo, salue. C. o salue Pamphile:

Ad te uenio, spem, salutem, auxilium, consilium expetens.

P. Neque pol. consilij locum habeo, neq; auxiliij copiam,

Sed istuc quidnam est? C. hodie uxorem ducis? P. aiunt.

C. Pamphile,

Si id facis, hodie postremum me uides. Pam. quid itaq;

C. hei mihi,

Vereor dicere: huic dic quæso Birria. B. ego dicam.

P. quid est?

B. Sponsam hic tuam amat. P. ne iste haud mecum sentit.

ehodum dic mihi,

Num quidnam amplius tibi cum illa fuit, Charine? Cha. ab

Pamphile,

Nihil. P. quam uellem. C. nunc te per amicitiam, et per

amorem obsecro,

Principio ut ne ducas. P. dabo equidem operam. C. sed si

id non potes,

Aut tibi nuptiæ hæc sunt cordi. P. cordi! Char. saltem alii

quot dies

Profer, dum proficiscor aliquo, ne uideā. P. audi nunc iā.

Ego Charine neuiquam officium esse liberi puto,

Cū is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.

N ij Nuptias

Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipiscier.
 Car. Reddidisti animum. P. nunc si potes aut tu, aut
 hic Birria,

Facite, fingite, inuenite, efficite qui detur tibi.
 Ego id agam, mihi qui ne detur. Car. Sat habeo. P.

Dauum optumè
 Video, cuius consilio fretus sum. Car. at tu hercle haud
 quicquam mihi,

Nisi ea quæ nihil opus sunt scire. fugin hinc? B. Ego
 uerò ac lubens.

CONSTRUCTIO.

O Birria) serue

Quid ais?) quid censes? quid tibi videtur?

Que dices, que te paret Birria?

Ne) An, vtrum Illa) Philumena
 [quam amo] Datur) dabitur

Hodie) hac luce Nuptum) in vxorè,

Pamphilo) filio Simonis? Dar la au oy en
 casamiento a Pamphilo?

Est sic) Ita est,
 ita fiet, dabitur nuptum, An) es.

Qui) Quomodo, vnde

Scis?) nosti [illud futurum?] Comolo sabes?
 O dedonde lo sabes? [ego] Audiui) Intellexi,

Modo) paulo antè, De Dauo) ex
 seruo Pamphili [cum essem]

In foro) in platea, Yo lo oy poco ha de Dauo
 criado de Pamphilo en la plaza.

Vex mihi mi
 sero) [desperantis & animo consternati]

Vt)

Vt) quemadmodum, veluti, sicut,
 Animus) [meus] Fuit attētus in spe)
 ducebatur spe, attendebat spei,

Et timore) metu, Antehac)

Vsq̄) [adhuc] vsq̄ in hunc diem, quo mi
 hi hæc nunciaasti, Ay desdichado de mi, ansi coma
 mi animo estaua atento en esperança, y en temor, an-
 tes hasta aqui.

Ita) sic etiam, [animus meus nunc]

Stupet) stupidus redditur, remittitur,

Lassus) defessus [ex verbis tuis] [&]

Confectus cura) solitudine obrutus,

Postquam) posteaquam, quando

Spes) [mea] expectatio [quam habui de
 Philumena ducenda]

Et adempta) ablata est, [mihi] decidit, cō-
 cidit, An)si tambien es todo decaydo, y resfriado, cā-
 sado, y enbasiado, y o con mucha molestia oprimido
 despues que yo he perdido la esperança que tenia antes

Aedepol) Per ædem Pollucis, iuramen-
 tum cum deprecatione.

O Carine) here [ego te]

Quæso) obtestor, Vt) [tu]

Velis) Id quod possit fieri)

Quoniam) quando,

Id quod vis) quod cupis,

Non potest fieri) nequit euenire, O mi a-
 mo charino, yo te ruego por dios, que tu quieras solamētè

N in) lo que

lo que se podrá hazer, pues que así es que loque tu quer-
rias bien no se puede hazer. [Ego Charinus]

Nihil volo aliud) nihil ultra expeto,

Nisi Philumenam) præter amicam [quã
ducturus est hodie Pãphilus, No quiero otra co-
sa, sino a mi amada Philumena.

Ah) dolentis cum reprehensione affectus,
aut correptione.

Quanto est fatius) quanto esset melius:
hoc est, nonne melius esset,

Te dare operam id) te ad id conari,

Qui) vt Dimoucas) distrahas, auferas,
ericias, Istum amorē) hanc libidinē

Ex animo tuo) ex mente tua,

Quàm loqui) proferre

Id) [quod nũc ais] Quo tua libido)
tuus affectus & effrenatus amor

Magis incendat) magis inflamet, augeat,

Frustra!) sine causa, aut ratione, in vanũ!

Quãto te seria mejor que trabajasses, y te esforçasses, a q-
ta este amor de tu coraçon, y animo, que dezir loque a-
gora dizes, por lo qual tu loca luxuria y amor se encienda
mas sin algun prouecho. Quum) [nos]

Omnes valemus) sani sumus, [tum]

Facile) nullo negotio

Damus consilia) consultimus,

Aegrotis) ijs qui laborant aduersa vales-
tudine, Quando estamos sanos, facilmente damos con-
sejo

sejo, a los enfermos y dolientes.

Si tu) [Birria] Sis) esses

Hic) in meo loco,

Sentias) sentire, iudicares

Aliter.) [faciendum] Si tu estuisses en mi lu-
gar, tu dirias bien de otra manera.

Age, age) fac fac, agedũ, repetitio cũ quo-
dam contemptu & promissione,

Vt lubet) vt videbitur, vt voles, Bien bien
pues haz como quisieres, o como te parescera.

Sed) ego Video Pamphilum)

Certum est) Certius ac tutius esset [meo
iudicio] [me] Experiri omnia) quod
ego probem modos omnes [euaasionis]

Priusquam) [ego]

Pereo) anteqũ ego nullus fiam, anteqũ spes
omnis mihi prorũs adempta sit, Mas yo uo
a Pamphilo, mejor es de prouar y experimentar todos los
medios y maneras, antes que sea del todo perdido.

Quid) [Pamphilus] Agit) facit

Hic?) in hoc loco? qd est ei hic negotij? Que
haze aqui? [ego Charinus]

Orabo ipsũ
hũc) Pamphilũ [tanqũ eũ a quo facile aliquid
impetrare possim] Supplicabo huic)
supplex ab eo contendam, [ego etiam]

Narrabo huic) recensebo, Meũ amo-
rem) quo pacto ego amem suã Philumenã,
Yo le rogare, yo le suplicare, yo le contare mi amor.

Credo)

Credo) Ita mihi videtur, [quod ego]
Impetrabo) exorabo, obtinebo, Hoc est,
precibus meis tandem efficiam & assequar.

Saltem) attamen,

Vt protrahat) producat, differat,

Aliquot dies) aliquot dierum spatium,

Nuptiis) ad nuptias faciendas, *A mi parecer*
que yo alcanzar a lo menos que dilate a hazer las boda-
das. Interea) [dum protrahentē nuptiæ]

Spero) expecto, [quod]

Fiet aliquid) aliquid accidet boni, molies
mur aliquid, *Entretanto yo espero que se hara al-*
guna cosa. Id) verbum

Aliquid) id quod dicis aliquid,

Nihil est) vanum est, *Este algo que tu dizes*
no es nada. [O] Birria quid videtur tibi?)

Quid censes? quid opinaris?

Adeon) Accedone, an debeo accedere

Ad eum) Pamphilū, *O Birria, que te parecer?*
deuo de ir a el? Quid ni) [eum adeas?]

Cur non accedas ad eum? *porque no?*

Vt) Si nihil impetres) [ab eo] si nihil adse
quaris eorum quæ cupis [saltem ipse]

Arbitretur) existimet, [te] Paratū
sibi mœchum) quod sis eius adulter futur
rus, *Si eam duxerit) Philumenam, por*

que si tu no alcanças nada de lo que querras, que piense
que le pondrás los cuernos si se casa con ella.

Scelus

Scelus) Sceleste, scelerate, omnibus sceles
ribus ornate,

Abi hinc) recede à me [repellentis cum
execratione,]

In malā crucē) ad furcā, in malū suppliciū,

Cum isthac suspicione) [quam de me cō
cipis,] cum hac tua persuasione, *Vete de aqui*
a la horca uellaco, con tal sospecha y mal pensamiento
que de mi tienes. [ego]

Video Charinum) [Pamphilus apud se]

Salue) [Charine,] *Yo ueo a Charino, dios te*
guarde.

O Pamphile salue) [insperati animi &
gaudētis,] *O dios te guarde Pamphilo.* [ego Cha
rinus] Venio ad te)

Expetens) quærens [à te,]

Spem) [bonam aliquam,]

Salutem) Auxilium) opem,

Consilium) *Yo uengo a ti demandando y pidi-*
endo te alguna buena esperança salud o saluacion ayuda
y consejo.

Pol) per Pollucē [iurātis cū affirmatiōe]

Neq; habeo locum consilij) neq; mihi est
aliquis locus ad cōsulendū tibi, nullū habeo
consilium quod tibi dem,

Neque copiam) facultatem

Auxilij) [qua tibi opem ferre possim,]
Por dios yo no tengo consejo alguno que te dar ni al-
gun me-

gum medio para te ayudar.

Sed quidnā istud est) [quod te video ita destitutū cōsilio & auxilio?] Mas q̄ es esto que ay?

Ducis) [ne]

Vxorem hodie?) Nubisne hodie? Casas te oy?

Atunt) Rumor est, Ansi lo dizen.

Pamphile) mi Pamphile,

Si facis id) si nubis,

Vides me postremū hodie) vltimō me vides hodie, O amigo mio Pamphilo, si tu lo hazes, tu me uees oy por la ultima y postrera uez. hoc est, ego hodie moriar.

Quid ita?) Cur sic? Quamobrem? Como esso? Porque causa?

Hei mihi) [dolentis]

Vereor dicere) non audeo dicere,

Birria) serue Birria Quæso te)

Dic huic) [Pāphilo, qd me moestū reddat]

Ay de mi no lo oso dezir, yo te ruego diselo Birria.

Ego dicam) yo lo dire.

Quid est?) Que ay?

Hic) [Charinus]

Amat tuam sponfam) quam hodie dūcturus es, Este Charino esta enamorado de tu esposa con la qual te as de casar oy.

Næ) certē iste) [Charinus]

Haud sentit mecum) nō est eiusdem mecum

cum sententiæ atque opinionis, non cōuenit mecum, nescit quid sentiam, Ciertamente este no concierta con migo, o no sabe mi uoluntad. amat enim quod ego odi. [apud se hoc dicit.]

Charine, dic mihi) cedo,

Numquidnam) num aliquid

Fuit tibi cum illa) egisti cum illa

Amplius?) præter amorem? Charino di me, no la has auido en otra manera, ni tenido que hazer con ella. Vellet audire Pamphilus, Charinum rem habuisse cum Philumena, vt ea ratione diuenteret nuptias.

Ah Pamphile) dolentis

Nihil) mihi fuit cum illa. Nada jamas.

Quàm vellem) [factū, aut audiisse à te!] vtinam! quàm libenter ego illud cuperem! O como lo quisiera yo.

Nunc principio) nunc primū

Obsecro te) [ô Pamphile,] vehementer te rogo.

Per amicitiam nostram)

Et per amorem) [inter nos mutuum,]

Agora yo te ruego mucho por nuestra amistad, y por el amor que entre nosotros tenemos.

Vt ne) vt non

Ducas) accipias [eā Philumenā in vxorē]

Que no la tomes por muger.

Equidem) Certē [ego]

Dabo

Dabo operam)enitar, conabor [ne ducā,]
Ciertamēte yo me esforçare y trabajar de no tomarla.

Sed si non potes id)[præstare,] Si hoc nō
 possis efficere,

Aut si hæ nuptiæ,)[quas hodie molitur
 Simo]

Sunt tibi cordi)tibi placent, arrident, *Mas
 si tu no lo puedes hazer, o se estas bodas te agradan.*
 Hoc est, si quidem induxisti in animum, vt
 nubas, *si tu determinaste de casarte.*

Cordi!)admirantis, cum subsannatione:
 hoc est, putas quod ego habeā eas cordi? *Que
 yo las tenga en el coraçon? Idne existimas? Pienças
 tu esto?* Saltem)attamen,

Profer)produc, differ, expecta

Aliquot dies) aliquot dierum spatium,
 [tantisper] Dum)[ego]

Proficiscor aliquò)recedo in aliquem lo
 cum, *A lo menos espera algunos dias entre tanto que
 me uoy y parto a algun lugar.* Ne)[ego]

Videam)has nuptias, *Porque no uea nada.*

Iam nunc)[ô Charine]

Audi)attende ad ea quæ dicturus sum,
Agora escuchame un poco. [ô]

Charine)

Ego ne utiquam puto)non existimo,

Esse officiū liberi)[ingenij vel hominis,]
 quod sit munus hominis ingenui, vel, hoc
 esse

esse libero ingenio dignum, *o Charino, yo no creo
 ni pienso ser el officio de un generoso animo, o de un
 hombre liberal y honesto.*

Postulare)petere, rogare, contendere,

Id gratiæ)eam gratiam

Apponi sibi)haberi sibi, rependi, referrī,

Cum is)[liber]

Nihil promereat) licet nihil effecerit quæ
 gratiam promereatur, *Querere que le den gracias
 a un que no aya hecho por que.* Hoc dico, quia si id
 efficiam quod petis, non erit propterea mihi
 à te referenda gratia. [Nam]

Ego malo) vehementius desidero, citius
 cupio, Effugere)præterire, euitare,

Istas nuptias)

Quàm tu)[cupias aut malis]

Adipiscier)adsequi [Philumenam aut nu
 ptias,] ad eas nuptias peruenire, *Porque yo què
 ero mucho mas huyr estas bodas, que tu alcançar las.*
 Itaq; si id fecero, vt effugiam has nuptias, nō
 propter te faciā, sed quia malo effugere has
 nuptias, quàm tu eas adsequi.

Reddidisti animum)Confirmasti mentē
 meam, reduxisti me in spem, *Tornaste me el
 animo.* Nunc)

Si tu)[Charinus]

Potes aliquid)[moliri aut efficere in his
 nuptijs,] Aut)[si]

Hic

Hic Birria) [seruus tuus aliquid potest,]
Facite) Fingite) [quod falsum sit]

Inuenite)
Efficite) curate diligenter,

Qui) vt [illa Philumena]

Detur tibi) nuptum,

Ego) [quod ad me attinet, pro parte mea]

Agam id) conabor id, dabo operã in hoc,

Qui ne) vt non [ea Philumena]

Detur mihi) [nuptum,] vt non eam ducam, *Agora si puedes hazer alguna cosa, o tu criado Birria hazed, hallad, acabad, por que se te de en casamiento, yo de mi parte yo trabajar que no se me de.*

Sat) satis

Habeo) est mihi, sufficit, *Basta me.* [Ego Pamphilus]

Optumè video Dauum, optatò, commo-
dè cerno meum seruum.

Cuius cõsilio) technis & dolo, [ego semp]

Sũ fretus) vsus, *Yo ueo a buen tiempo a mi criado Dauo del consejo del qual siempre use.*

At hercle) per Herculem

Tu) Birria,

Haud quicquam) nihil [rerum nouarum]

Mihi) [narras, aut refers, Nisi ea]

Quæ nihil sunt opus) [me]

Scire) quæ non sunt necessaria vt sciam,
quæ non opus est me nosse, *Mas tu birria a mi*

no me

no me cuentas nada, sino las cosas que no ay ninguna necesidad de saberlas. Hoc ideo dicit, quòd superior sermone audierat de seruo suo, Pãphilum hodie ducturũ Philumenã: nũc autem audit de Pamphilo, nihil minus futurum. Quapropter etiam seruo comminatur.

Fugin') Fugisne

Hinc') quin hinc discedis? protinus hinc recede, *No hu yes, y te uas de aqui?*

Ego verò) [fugiam]

Ac libens) libenter, *Si cierto, y de muy buena gana. Ne mihi des verbera.*

SCHOLIA.

Dare nuptum, pro dare aut tradere in matrimonium vel in vxorem, peculiaris sermo Terentio & Plauto. Ea locutione vsus est etiam Liuius, *Dar en casamiento.*

Audiui de illo, & Audiui ab illo, & Audiui ex illo, frequentissimæ sunt in hunc sensum locutiones. Cic. Audiui hæc de patre meo puer, *Yo o y dezir esto a mi padre siendo a un mochacho. Idẽ, Audit rẽ omnẽ ex Timarchide, El entiendo y oye todo el negocio, o todo el caso de Timarchides.*

Vt & Ita, admodũ elegãter & ppriè se inuicẽ subsequunt. Vt animò antea attentus fuit, ita nunc cura cõfectus stupet, *Tãto quãto mi animo estaua primero attẽto o intẽto, tãto agora es abaxado, y decaydo. Si voles, etiam pro Quem*

Quemadmodum accipies, Vt antehac attentus fui, ita nunc maximè sum remissus, què admodum prius, &c.

Attentum & intentum animum in re aliqua dicimus, qui vehementi quodam affectu ad rem aliquam aspirat: cui contrarium est, Remissus animus. Tracta metaphora ab arcuum neruis, qui dum attentè aut intentè sunt, promptè sagittas recipiunt, aut admittunt ac contorquent: dum remissi sunt, ineptissimos videmus ad expulsionem telorum. Itaque hoc loco vocat Animum in spe actimore. Animū timentem, spei attentum: quod amantū proprium est, qui etiam in timore semper aliquid expectant boni.

Stupet animus, qui deicitur, & ita deprimitur ac languet propter ablatam alicuius rei expectationem, vt propemodum sensu carere videatur: haud secus atque ea membra, quæ sensu priuata ac propemodū congestipata videmus.

Eius rei mihi adempta spes est, Yo no tengo mas esperança de so. Cicero, Omnia ista vobis adempta atque erepta sunt, Todas estas cosas, os han sido quitadas y arrebatadas. Adimi proprie dicuntur ea nobis, quæ charissimas sunt, tanquam pecunijs vel nostro labore, nostrisque sudoribus empta atque comparata. Vnde maiorem vim

vim habet hoc verbum, quàm Auferre.

Animus cura & languore confectus, pro anxio & sollicito, item etiam consternato. Sic Aetatem annis confectam dicimus, & Confectum cibo ventrem, *Que esta gastado del comer.* Confectum etiam hominem fame, *Que se muere de hambre.* Confectum quoque animum cruciatu maximorum dolorum, dixit Cicero, *Muerto de grande molestia, y enojo.* Eam enim vim habet Conficere, vt sauciare & vulnerare significet. Plagis confectus, *Consumido de llagas o heridas.* Per translationem autem, Grauari exprimere sumitur. Meus me moeror lacerat & conficit, *Mi dolor y congoxa me mata.*

Nihil aliud volo nisi hoc, rectius dictū, quod vulgò dicitur, Ego nolo habere nisi hoc, Yo no quero otra cosa que esto. Nihil propter hoc cupio.

Satius est te dare operam literis, quàm quotidie ludere, *Mejor seria que estudiases, que jugar cada dia.* Cicero, Mori satius est, quàm turpiter viuere. *Mejor es morir, que no biuir turpe, y uellacamente.* Cum altero vincere satius est, quàm cum altero vinci, *Mejor es uencer con uno que ser uencido con otro.* Vulgatius dicas, Melius est: nam Satius, elegantiore vim habet.

Dimouere aliquid ex animo suo, *Quitar alguna cosa de su coracon.* Sic, Dimouere suspicionem

cionem & molestiam, dictum à Cicerone. *Quitar la sospecha y molestia.* Dimoueri quoque à sententia, ab eodem prolatum, pro Diduce, *Ser alguno quitado de su opinion y sentencia.*

Libidinem pro insano amore sumit Terentius: vnde Libidinem incendi dictis, hic propriè recenset, *Amor desordenado.* Voluntas (inquit Cicero) est, quæ cum ratione desiderat: quæ autem aduersus rationem incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus stultis inuenitur.

Tu si hic sis, aliter sentias. Barbarè alioqui dici solet, Si tu esses in meo loco, tu bene aliter diceres. Præclarum est aduersus eos, qui dolorem aut laborem alienum non perpendunt, aut tanquam rem leuiculam æstimant.

Age vt lubet, *Haz como quisieres.* Fac quod rectius tibi videbitur. v. sitatissimus sermo, quoties liberum alicui relinquimus de re quapiam statuere.

Certum est, pro Deliberatum & constitutum est mihi, eleganter sumitur. Certum est omnia experiri, priusquam pereo. Deliberatum est, Constitui omnia, &c. *Yo deliberado, o determinado de prouar y esperar todos los medios antes que muera.* Terentius alibi, Si certum

tum est facere, facias. *Si lo tienes determinado, y propuesto de hazer, haz lo.*

Supplicare, sanctè est & supplicem ac genibus flexis, quod ad deos propriè pertinet. Plinius Iunior, In Capitolium eamus, & dñs supplicemus. Vnde Supplicationes dictæ, quas vulgus Rogationes & processiones vocat, *Las processiones.* Supplicatio à Senatu decreta est, inquit Cæsar, *El senado o consejo ha determinado de hazer processiones.* Publicas quoque supplicationes vocabimus, quas vulgus appellat Processiones generales.

Protrahere, quasi porro trahere, quem admodum & producere, vtrunque autem pro differre sumitur. Suetonius, Stipendia militum protrahi ac differri necesse fuit, *Fue necesario que el sueldo de los soldados fuesse diferido y mas tarde pagado.*

Adire aliquem, & Adire ad aliquem dicitur, vtrunque enim in vsu est. Adiuu te heri de filia, *Yo te fuy ayer hablar de mi hija, o sobre mi hija.* Cæteri hæredes adeunt, ad Verrem, & adeunt ad libros Sibyllinos, dixit Cicero, *ván a los libros de sibilla.* Postremū autem v. sitatius, magisq; oratorium.

Crux, supplicium erat, ad quod ducebantur dånati: vnde heri comici, vt seruos suos

terrere supplicij, crucem cominabantur. Collum obstringe, abduc istum in malā crucem, ait Plautus, *Atale por el cuello y lleuale a la horca.* Hinc etiam conuitium hoc in prouerbium exijt, Abi in malam crucem, *Ve te a la horca.* Quemadmodum apud Græcos, Abi ad coruōs. Ab hac cruce, Cruciare uerbum, pro torquere, & cruci aliquem dare, quod postea tractum ad id omne, quod vel corpus, vel animum torquet & affligit.

Scelus, pro scelerato homine, Terentio & Plaut. sumit̄. Vbi hic est scelus q̄ me pdidit? *Adōde esta este uellaco q̄ me ha destruydo ecchado a pder.*

Non habeo locum consilij, Nō habeo copiam auxiliij, respondet ijs locutionibus, Da mihi consilij locum, Fac mihi copiam auxiliij. Dare enim locum consilij, eo pacto dicitur, quo & Dare locum peccandi paulō antē protulit Terētius. Itaq̄ ad id respōdit, Non habeo locū consilij, Nullus relictus est mihi consilij locus: hoc est, Non est quōd tibi nūc consulam, & consulere possim, *Yo no podria dar te consejo agora.* Sic posterius etiam posteriori respondet. Facere enim copiam alicuius rei dicitur, qui rem aliquam cōmunem cum aliquo facit, qui iuuat aliquē re aliqua. Itaque Non habeo copiam auxiliij, *Yo no tengo de que te pueda ayudar no te podria dar ayuda.*

Aiunt,

Aiunt, vel, ita aiunt, rumor est, fertur, vel, ita fertur, fama est, eundem sensum habent, *Dizen lo, assi se dize.* Aiunt tamen dicimus, inquit Donatus, de ea re quam uolumus esse falsam. Ait enim, & Aio, de rebus nugatorijs sæpe dicitur: cui si particulam Vt addamus, prouerbium esse significamus, quod dicimus, Sic quōque ut fertur.

Si id facis, hodie postremum me uides, Barbari dicunt, Si tu facis hoc, ego sum mortuus, *Si tu lo hazes oy me ueras por la ultima uez.* Hoc est, Hodie me uides ultimō, Nunquam posthac me uidebis.

Quoties in communi fermone repetimus ab aliquo rationem dicti sui cum interrogatione, non ita ornatē utimur uocabulo solo. Quare: ac si diceremus, Quid ita? Cur ita? vulgus dicit, Quare hoc? *Porque esto?* Ego à uobis hodie discedo. quid ita? Accusatis Sex. Roscium. quid ita? quia de manibus uestris effugit, *Vosotros acusays a Roscio, porque esto? porque se escapo de uestras manos?* In eam sententiam ponitur Quamobrem.

Sponsa, dicitur quam uulgō uocamus, *una desposada.* Hoc est, quæ promissa est etiam fide data atque accepta, in uxorem: à Spondeo uerbo quod spontē promittere significat. In Eunuchō, Spondēsne miles mihi

O in hanc

hanc vxorem? Spondeo. *Prometes me la por mi a
ger? si, yo te la prometo.* Cicero, *Suam cuiq; spon-
sam, mihi meã. Suum cuiq; amorem, mihi
meum, Que cada uno tenga su esposa, yo tendre la
mia, cada uno se atenga a sus amores, yo a los míos.*

Næ, Græca dictio, ad Latinos translata, multam habet gratiam in sermone, cū pro Certè sumitur, vt hoc loco, Næ iste haud mecum sentit. Ego enim hoc loco, Næ, pro Certè sumpserim, non pro valde. *Por cierto el
esta bien lexos de mi opinion y uoluntad.* Quemadmodum hoc Ciceronis, Næ illi vehementer errant, *Ciertamente que se yerran y engañan bien.* Quòd si eo loco pro Valde fumeretur, quis esset sensus? Valde vehementer errant. At in eo loco Terentij, qui mox sequitur, Næ istam multis tuam inueniri gaudeo, pro Valde accipitur, veluti etiam pleriq; alijs.

Sentio tecum, eandem habeo tecum opinionem, sentio vt tu, eiusdem sum tecum opinionis, *Yo soy de tu mesma opinion y parefcer.* Cum ijs non sentimus (inquit Cicero) qui ciuilem scientiam eloquentia non putant indigere, *No somos del parefcer de aquellos que piensan que la sciencia de las leyes o derecho no tiene necesidad de eloquencia.* Sentire autem bene, aut male de aliquo, est quod dicitur, Malam aut bonam de aliquo habere opinionem.

Nunquid

Nunquidnam, pro Nam nunquid, vel vtrum aliquid, aut an quidnam: vim habet maiorem, quàm Nunquid simplex: etiam oratores ea particula vtuntur. Nunquidnam noui? inquit Cicero. *Ay algo de nueuo?* Idem, Nunquidnam de oratore ipso restat? *Ay mas que dezir deste orador?* pro Vtrum quidnam superest? an aliquid restat?

Quàm vellem, vtinam, vel quantum vellem, in summo alicuius rei desiderio, venustum est & elegans. *O como querria yo que aquello fuesse,* Præcipuè autem dicimus, inquit Donatus, in his quæ non videmus fieri. Cicero, Quàm vellem, vt te ad Stoicos inclinasses, *Quanto quisiera que te ouieras dado e inclinado a los Philosophos Stoicos.* Sic, Quàm cupio. Ego verò ista audire quàm cupio, *Como tengo grande desseo de oyr destas cosas.* Audio præceptorum abiturum, quàm vellem, *Yo oyo dezir que el maestro se va, o quanto lo querria.*

Principio, aduerbiū, Primùm significat, eiusq; loco sumitur: Oro te, principio vt ne ducas. Sic, Principio ego vos credere hoc mihi vehementer velim, *Primeramente yo querria mucho, que me creyese des esto.* Cicero, Qui principio qualis in edicto constituendo fuerit, cognoscite.

Hoc mihi cordi est, vehementer placet: hoc

O iij

mihi

mihī non est cordi, displicet: vulgus dicit, Tener lo en el corazón, o estar mucho a ello aficionado. Cic. Vita illi semper horrida atq; arida cordi fuit, siempre quiso mas la vida aspera y dura. Cordi est, facit ad cor, ea ratiōe qua antiq; cor vētriculi osculū dicebāt: q̄ aut grata sunt vētriculo, ea nimirū magnā nobis adferūt delectationem.

Proferre dies aliquot, differre, quod paulō antē dictum est, Protrahere in aliquot dies. Die crastina sum ad meos profecturus. Saltem aliquod dies profer, dum colligo sarcinas, ego ero tibi comes. Yo me voy y parto mañana a uer mi padre y parientes, a lo me nos espera un poco, que yo ensardele mis cosas, yo te aco panare. Sic Proferre auctiōem dixit Cicero, Dilatar la almoneda, esperar para otra vez. &, Proferre diem, Dilatar o mudar el dia. &, Proferre beatam vitam vsque ad rogam.

Promereo, & Promereor, vulgaris sunt significationis. Nihil pmeret, No merecido nada. Vis dicā ea quæ promeres? inqt Plaut. Quæ res que diga lo que has merecido? Est etiā beneficiū præstare. vnde Promerere de aliquo dicim⁹, Beneficiū in aliquem præstare: &, Bene de multis promereri, dixit Cicero in Officijs.

Postulare apponi sibi gratiā aliquā, quæ rere vt sibi retribuatur. Idem Apponere significat, hoc est, addere de supfluo qd̄ dicitur:

tur: vt, Apponere cibus aliquid, Ayuntar alguna cosa a las uiandas. Reddere animū alicui, Tornar el animo y corazón, o darle esfuerço. Conseruatiō & delectū animū, releuare. Dare. n. animū non dicitur. Statim postea, Nā & illi animū releuabis, Porq̄ tu le daras y tornaras el animo, o el corazón. Cui autē redditur aut releuatur animus, is recipere & sumere animum dicitur. Quid festinas mi Geta? animum recipe. Ouidius, Sumpsit animum, gratesque Deo non territus egi.

Frui consilio alicuius, est voluptatem & vtilitatem ex alicuius consilio capere. Cicero ad Atticum, Freti tua humanitate, tibi cōsiliū damus, Consiando en tu humanidad te damos consejo. Sic frui spe, Tener esperanza, o sostenerse por esperanza.

Lubens, lubenter, lubenti animo, De buena gana y uoluntad. magis comica sunt, quā vt ab oratoribus frequentius videntur.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. Dauus qui nuper ex nuptiarum terrore desperat, nunc insolentius exultat, quod eas falsas comperit. Id scilicet Pamphilo hero suo, atq; adeo Carino nunciat, vtrumq; lætum atque hilarem reddens.

DAVVS. CARINVS. PAMPHILVS.

DI BONI, boni quid porto? sed ubi inueniam Pamphilum,
Vt metum in quo nunc est adimam, atq; explicā
animum

animum gaudio?
 C. *Letus est, nescio quid.* Pam. *Nihil est. nondum hæc rescivit mala.*
 Da. *Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias,*
 Char. *Audim' tu illum?* Da. *Toto me me oppido exanimatum quærere.*
 Sed ubi quæram? aut quo nunc primum intendam? Ch. *Cessas alloqui?*
 D. *Habeo.* Pam. *Daue ades, resiste.* Da. *quis homo est, qui me? ô Pamphile.*
 Teipsum quæro. *cuge ô Charime. ambo opportune: uos uolo.*
 Ch. *Daue, perij.* Da. *Quin tu hoc audi.* Cha. *interij.* Da. *quid timeas scio.*
 Pam. *Mea quidem hercle certè in dubio uita est.* D. *et tu quid, scio.*
 P. *Nuptiæ mihi.* D. *et id scio.* P. *hodie.* D. *Obtundis, tam eisi intelligo.*
 Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas. C. *rè tenes.*
 Pam. *Istuc ipsum.* Da. *atque istuc ipsum nihil periculi est: me uide.*
 D. *Obsecro te, quamprimum hoc me libera miserum me tu.* D. *hem*
 Libero: *uxorem tibi iam non dat Chremes.* P. *qui scis?*
 D. *Scio,*
 Timus pater modo meprehendit. *ait tibi uxorem dare*
 Se hodie: *item alia multa, quæ nunc non est narrandi*
 locus

locus.
 Continuo ad te properans percurro ad forum, ut dicam tibi hæc.
 Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum.
 Circumspicio, nusquam. forte ibi huius uideo Birriam:
 Rogo. *negat uidisse. mihi molestum. quid agam cogito.*
 Redeunt interea ex ipsa re mihi incidit suspicio: hem,
 Paululum obsoni: ipse tristis: de improviso nuptiæ.
 Non coherent. P. *quorsumnam istuc?* Ego me continuo ad Chremem
 Quum illo aduenio, solitudo ante ostium. iam id gaudeo.
 C. *recte dicis: perge.* D. *maneo, interea introire neminem*
 Video, exire neminem, matronam nullam in adibus.
 Nihil ornati, nihil tumulti. accessi intro, aspexi. P. *scio.*
 Magnum signum. D. *num uidetur conuenire hæc nuptijs?*
 P. *Non opinor Daue.* D. *Opinor narras: non rectè accipis:*
 Certa res est. etiã puerum inde abiens conueni Chremis:
 Olera et pisaculos minutos ferre obulo in cenam seni.
 C. *Libratus sum hodie Daue tua opera.* D. *at nullus quid.*
 Ch. *Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat.* D. *ridiculum caput:*
 Quasi necesse sit, si huic non dat, te illã uxorem duceres:
 Nisi uides, nisi senis amicos oras, ambis. C. *bene mones.*
 Ibo, eisi hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est. Vale.
 CONSTRUCTIO.
 O boni dij) dij a quibus bona nobis omnia proueniunt. Quid) [ego Dauus]
 Porto

Porto)fero mecum, aut in animo
 Boni)bonæ rei, boni nuntij, boni confis-
 sij)hero meo]o *buen dioses quan grande bien es el
 que traigo.* Sed vbi)Quo in loco,

Inueniam)reperiam
 Pamphilum)herum meum, *Mas en que lu-
 gar hallare a mi amo Pamphilo.* Vt) [ego]

Adimam) auferam [illi hero meo]
 Metum)timorem, anxietatem,
 In quo est nunc)[propter auditas nupti-

as]Porq̄ le quite yo el miedo enel qual al presente esta.

Atque)&[vt]
 Expleam)exatiem, perfundam,
 Animum)[eius Pamphili]
 Gaudio) læto nuncio, lætitia: *Y llene su
 coraçon y animo de alegria.* [Dauus]

Est lætus) iucundus, vultum hilarem præ-
 se fert. videt Charinus Dauū à longe. [est]

Nescio quid)aliquid. *Alegre esta, ay algo, no
 se que.* Nihil est) nihil minus, nihil
 boni esse debet. desperat Pamphilus, aman-
 tium more, aliquid læti sibi contingere.
 [nam ipse Dauus]

Nondum rescit) non adhuc audiuit, in-
 tellexit, nescit enim adhuc

Hæc mala) eas molestias [quæ mihi acci-
 derunt] has nuptias hodie futuras, *No ay nada
 no. No sabe aun todos estos males que me han uenido.*

Quem

Quem) Pamphilum
 Ego) [Dauus] Credo) existimo
 Si iam audierit) si semel intellexerit
 Nuptias paratas sibi nunc) quod sibi nunc
 paratæ sint nuptiæ, *El qual bien pienso que si ha-
 ido dexir que las bodas le estan aparejadas.* Subticer,
 Multum conueneretur, atque ob id velim
 illi prædixisse, paratas non esse.

Tu) Pamphilus Audin) audisne
 Illum) Dauum, *No oyes tu que el dize?* [opor-
 tet me] Exanimatū) animo confectū,

Quærare) inuestigare [eum Pamphilū]
 Toto oppido) per totum oppidum, *Es me
 nester buscarle por todo el pueblo muerto y cansado.*

Sed vbi quæram?) [eum?] Quonam scis
 citabor de eo? vbi eum inueniam? vndique
 circumspicit è loco excelsio.

Aut quo) vbi [ego]
 Nunc primū) modò iam,
 Intendam) [gressum vel oculos] aduertā,
 attendam, aut ibo: *Mas adonde lo buscaré, o en que
 lugar agora mirare o ire?* [an tu Pamphilus]

Cessas) differs Alloqui) eum Da-
 uum? Quid cessas? cur eum non alloqueris?
Que esperas porque no le hablas?

Habeo) teneo, scio [quid efficiam] Scio
 quo sim iturus, vt eum inueniam, *Yo se bien
 agora.* Videtur constitisse, deinde quasi apud
 se ele-

se elegisse quo pergat,

Daue ades) siste hic Daue, ades dum. Cur
rentem cohibet Charinus.

Resiste) siste gressum, Ven aca Dauo parate, y
esta quedo. Quis homo) [hic]

Est) nondum videtur nouisse.

Qui me) interruptus est sermo ex inspe-
rato ignoscetis. *Quien es este hombre? Voluit di-
cere, qui iubet me resistere, sed inter loquen-
dum agnouit heru.* O Pamphile) here

[ego] Quæro te ipsum) tu es quem in-
uestigo, Euge) admirantis cum acclama-
tione. O Charine) Ambo) uterq;

Opportune) commode [hic adestis]

Volo vos) [ambos] quærebam vos, O mi-
amo: a ti mesmo te busco. O Charino, o alegre te Charino
entrambos a dos estays aqui juntos biã a tẽpo, a entram-
bos a dos os buscaua. Daue, perij) O Dauo

perdido soy. Fortunas suas recedere cupit Cha-
rinus cū dolore & festinatione quadam, an-
teq; subiungat Dauus causam, cur eos velit
quod amantium proprium est.

Quin) immò verò

Audi hoc) [quod tibi dicturus sum] Mas oye,
y entiendo lo que te quiero dezir.

Interij) Yo soy muerto. Etiam non potest
expectare. [ego Dauus]

Scio) noui, intelligo,

Quid

Quid) [sit id quod]

Timeas) verearis, pertimescas, Yo entiendo
bien que es lo que temes.

Quidem) sanè Certè) profecto

Hercle) per Herculem. Geminat affirma-
tionem cum iuramento, quod proprium est
eorum qui affliguntur.

Mea vita est in dubio) Por cierto mi vida es
sta en gran duda.

Et scio) etiam noui, atq; intelligo,

Quid tu) [velis] quid tibi molestum sit,
Tambien se lo que tu quieras, y has menester.

Nuptiæ mihi) interruptit Dauus ser-
monem Pamphili, antequam absoluat [pre-
parantur] Las bodas me son.

Et) etiam Scio) noui

Id) [tibi præparari nuptias] Yo lo se tambien
*y entiendo eso. Hodie) [mihî præparan-
tur] Eneste dia.*

Obtundis) obruis me [sermonibus]

Tametsi) tamen, vel etiam si

Intelligo) teneo rem omnem, Tu me quies-
bras la cabeça, aun que lo entiendo. Tu) Charinus

Paues) times Id) [futurum]

Ne) vt non Ducas) in vxorem

Illam) Philumenam,

Tu autem) [Pamphilus, paues id]

Vt ducas) vt Philumenæ nubas, Tu tienes
miedo

miedo de no la auer en casamiento, y tu temes de la auer.

Tenes) intelligis Rem) [omnem]

Istuc ipsum) [est quod dixisti] Tu entientes
y estas en el negocio es lo mesmo que dixiste.

Atq; istuc ipsum) [quod ais] & in hoc ip
so, irridentis cum repetitione eorundem ver
borum quæ dixerat Pamphilus.

Nihil est periculi) nullum est periculum,
nihil damni aut incommodi, Y esso mesmo que
dizes no ay peligro alguno.

Vide me) mihi fide, habe me fideiussorē,
Mira me bien. [O Daue]

Obsecro te) per sacra, & maximò pere te
rogo.

Libera me) dissolue me, fac me liberum,
Quamprimum) [poteris]

Hoc metu) hoc timore, hac sollicitudine,
Yo te ruego, librame lo mas presto que tu podras deste
miedo. Hem) [confirmantis animum]

Libero.) [nunc te]

Chremes) pater Passibulæ

Non dat) non dabit Tibi iam) hodie

Vxorem) filiam suam in vxorem, nullæ
fient hodie nuptiæ, Yo te libro, Chremes no te das
ra o y su hija.

Qui scis?) quomodo [illad]
nostri? Como lo sabes? Scio) [certo]

Pater tuus) [Simo]

Prehendit me modo) fugientem arripuit
me

me paulo antè, [&] Ait) dixit [mihi]

Se) [velle] Dare tibi vxorē hodie)
quòd vellet, te vxorem ducere hodie.

Item) etiam [dixit mihi]

Alia multa) [verba aut sententias]

Quæ) [verba]

Non est nunc locus) nō est oportunitas

Narrandi) vt narrē, Yo lo se bien, Tu padre me
tomo poco ha, y me dixo que te queria dar oy muger, y
otras muchas cosas, las quales no ay lugar de contar al
presente. Cōtinuò) statim [vbi hæc dixit

mihi] [ego] Percurro) velociter curro.

Ad forū) Properās) festinans, Luego q̄
me ouo dicho esto, yo me uo y corriendo a la plaza con mu
cha priessa. Ad te) [inueniendum]

Vt dicam) recenseam Tibi) hero

Hæc) [quæ audiui de patre tuo] Por dixit
te estas cosas. Vbi) Quando

Non inuenio te) [in foro] te nō reperio,

Ibi) tum [ego] Ascendo) conscen
do, In quendam) aliquem

Locum excelsum) altum Circun
spicio) circunquaq; aspicio, [sed tu]

Nūquam) nullo loco [mihi vidēris] Quā
do no te hallo, en la plaza luego me subo en un alto lu
gar, miro a todas partes, y no te ueo.

Fortè) casu quodam, [ego]

Video Birriam) seruum

P

Huius

Huius) Charini, Rogo) peto, & ins
terrogo [ab eo, nunquid te viderit]

Negar) se Vidisse) [te]

Molestum) Durum [fuit]

Mihi) [Dauo, hoc responsum] vel, quod
te non inuenirem. *A caso ueo a Birria el criado de
ste Carino, preguntole, dize que no te ha uisto, lo qual me
fue molesto.*

Quid agam) agere debeam, *Piciso que es lo
que deua de hazer.* Cogito) [apud me]

Interea)

Redeunt) mihi) dum redirem.

Incidit suspicio) ceepi suspicari,

Ex ipsa re) [quam videra paulo ante] *En-
tretanto, quando tornaua comence a sospechar por el
mesmo hecho.* Hem) [dico apud me]

Paululum) [est] parum admodum

Obsoni) obsonij, ad obsonandum,

Ipsus) ipse [Simo] Tristis) [est] [&]

Nuptia) [fiunt]

De improviso, sine praemeditatione, *Ay
pocas uiandas, el esta triste, y las bodas se hazen subita-
mente y sin pensar en ello.* [Haec inquam apud me]

Non coharent) non sibi respondent, vel
no) sibi conueniunt, *Estas cosas no uienen bien unas
con otras.* Quorsum) na) sed quorsum,

Istuc) [quod] narras? *A que proposito dizes esto?*

Continuo) Statim,

Ego) [Dauus]

Confe

Confero me ad Chremetem) adeo ad do-
mum Chremetis,

Quum) vbi Aduenio) accessi

Illo) illuc, vbi illuc perueni,

Solitudo) [videtur mihi]

Ante ostium) Chremetis, p) foribus Chre-
metis neminem video,

Iam) tum, Gaudeo) iactor,

Id) propter id, *Luego en la hora uoy me a casa
de Chremes, no ueo ninguno a la puerta buelgo me dello.*

Recte) dicis) Optimè praedicas,

Perge) prosequere, *Tu dizes bien acaba, o pas-
sa adelante.* Maneo) expecto, vel sto [pro

foribus] Interea) [dum expecto]

Neminem video introire) ingredi domum
Chremetis.

Neminem) [inquam video]

Exire) domo Chremetis,

Nullam matronam) [video exire, aut in-
troire] Nihil ornati) nihil ornatum [via-

deo] In aedibus) [Chremetis]

Nihil tumulti) [audio] nullum strepitum,
[tum ego] Accessi) intro)

Aspexi) [huc & illuc] *Espero un poco a la pu-
erta no ueo persona entrar alla dentro, ni salir a nadie ni a
matrona alguna. no ueo ninguna cosa ornada, adere-
çada, emparamentada, o entapizada en la casa, nin-
gun ruido, entre me dentro mire a todas partes.*

P n) [nihil]

[nihil horum vidī] Scio)intelligo.
 Magnum signum) [est id quod narras] Yo
 ueo y entiendo que esto es una grande señal. [non fu-
 turas hodie uuptias]
 Num) Nunquid, an Hæc) quæ au-
 dīs de me, Videntur) tibi
 Conuenire nuptiis) Indicare nuptias, coz
 hæc cum nuptiis? Parefcete a ti que estas coz
 sas conciertan con las bodas.
 Non opinor) Daue) minime verò Daue.
 Non mihi videntur hæc nuptiis conueni-
 re, No lo pienso Daue.
 Narras) dicisne
 Opinor) id verū opinor, dicisne te existi-
 mare tantum? Quid dicis opinor? [repetitio
 illa vocabuli habet gratiam]
 Non accipis) non intelligis,
 Res est certa) certissimum est quod nar-
 ro. Ita est, vt dico, Que picnsas .no lo entiendes, es
 cosa cierta.
 Etiam) imò verò, [ego]
 Abiens) discedens,
 Inde) domo Chremetis,
 Conueni) allocutus sum, interrogauī,
 Puerum) seruum
 Chremetis) senis, [ille seruus ait se]
 Ferre) deferre,
 Olera) herbas edules,

Et mi

Et minutos pisciculos) [pro]
 Obulo) minuto nummo,
 Seni) Chremeti
 In cœnā) quibus cœnaret, Añ mas o lo que mas
 es partiendome de alli yo hable al moço de Chremes, y
 me dixo que tra ya ortaliza o ensalada y unos pequeñi-
 tos peces por cinco maravedis al uiejo, para su cena.
 Daue) [ego Charinus]
 Sum liberatus hodie)
 Tua opera) tuo labore, tua diligētia, o Da-
 uo yo soy o y liberado por tu causa y diligencia.
 At) Sed, imò potius, [tu
 Quidem) certe
 Nullus es) periisti [mea opera] Mas antes
 percaste, o no ouiste nada por mi trabajo.
 Quid ita?) Quare hoc? Cur id?
 Nempe) Etenim [Chremes]
 Non dat prorsus) omnino
 Illam) Philumenam
 Huic) Pamphilo, Como esso sin duda una uex
 el no dara su hija o Pamphilo.
 Caput ridiculum) risu dignum,
 Quasi) ac si Sit necesse) opus sit
 Te ducere) ducturum Illam) Philu-
 menam Vxorem) in vxorem, quod il-
 lam ducturus sis in vxorem,
 Si) quia Non dat) [eam]
 Huic) Pāphilo, O cabeça loca, como si sea neces-
 P iij sario.

faris que la ayas de auer por muger, si no la da a Pamphilo [tu Charinus] Nisi vides) prouides, te non vidente, te non attendente, absq̄ eo quod diligenter prospicias rei tuæ.

Ni oras)amicos senis) nisi precibus contendas cum amicis Chremetis,

Nisi ambis) absq̄ eo quod per ambitionem certes, vehementer concertes in ea obtinenda, *Si no prouees, y pones en ello diligencia, si no ruegas a los amigos del uiejo, si no trabajas, y rodcas.* Subtricer quod necessarium est, nempe Philumenam non es ducturus.

Bene mones) rectè suades,

Ibo) [ad Chremetem] videbo, orabo) amicis senis, ambiam.

Et si Hercle) licet, quamuis per Hercule,

Hæc spes) expectatio habendæ Philumenæ, Iam frustrata est) sit,

Me) deceperit, frustra me illuserit,

Sæpe) multoties, *Bien me amonestas y aconsejas, yo ire, aun que cierto esta esperança me ayá engañado muchas uezes.*

Vale) *Queda con dios.* Abit Charinus, vt id quod suaferat Dauus, perficiat.

S C H O L I A.

Adimere, & Eximere, aut exoluere, ad animum translata, sermoni venustatem addit: vt adimere metum alicui, & eximere aliquem metu

metu dicimus. Sic adimere curam ex animo, & Eximere, aut exoluere animum curis: hoc est, Curis liberare, *Quitar y librar, de todo miedo, de toda molestia y enojo.* Ita etiam Adimere ægritudinem, *Quitar la enfermedad.* Expedire autem & Extricare magis ad se, quàm ad alios pertinet. Nam expedire se omni molestia, *Desembaraçarse de toda molestia,* & Expedire se ab omni occupatione. dixit Cic. Terentius quoq̄, Expedire se cura & ærumnis.

Explere animum gaudio, Exatiare lætitia, *Hartarse y hinchar de plazer.* Explere quoq̄ animum, absolutè, est quod dicitur vulgò, *Suæ voluntati satisfacere,* *Contentar su uoluntad.* Dum animus tulit, siui animum vt expleret suū: hoc est, quod barbari dicunt, *Permissi vt faceret ad suam uoluntatem,* *Yo permiti que hiziesse a su uoluntad.*

Nescio quis, nescio quid, & nescio quod, propria sunt quæ dicantur in re incerta ac dubia, pro Aliquis, aliquid, & aliquod, *Yo no se quien, yo no se que.* Lætus est, nescio quid, *Alegre esta, alguna cosa ay, no se que.* Nescio quid profectò mihi animus præfagit mali, *Mi animo me dize, o aduina algun mal.* Nescio quis Atheniensis, congressus & societatem hominum fugiebat, tanta fuit asperitate & immanitate naturæ. Sic. Nescio quod magnum

hoc nuncio expecto malum, *Yo espero algũ grã de mal destas nueuas.*

Rescivit hoc pater, præceptor, & huiusmodi, rectius dicas, quàm Sciuit, quando cõtra que factum aliquod occultius, aut inopinatum, insperatumque percipitur. Resciscere quoq; in eum sensum dicitur.

Parare & Apparare nuptias, *Aparejar las bodas.* Sic Parare & Apparare cœnam, aut conuiuium, quod & Adornare & instruere dicimus, *Aparejar la cenã.* Cicero. Ludos apparatus magnificentiſſimos. Idem, Erat oppidum à Pithio apparatus conuiuium, *Pithio auia sumptuosamente aparejado el banquete.* Idem dixit ad Atticum, Sibi placere cœnam parari disculo. Quæsiui te toto oppido, *Yo te busque por todo el pueblo, o ciudad.* Hoc est, per totum oppidum. Sic quæsiui te tota urbe, tota ciuitate, non vereberis dicere, quum ex Terentio docearis.

Intendere aliquod, est intento animo prospicere, vel attendere in aliquam partem. Traiectum ab intensione colli, quæ fit, dum eminus circumquaq; prospicimus: vnde intendere aciem ad aliquid; & intendere animum, dixit Cicero, cui relaxare contrarium est.

Cessare, tardare: vt, quid cessas alloqui? *Que esperas que no le hablas?* Quid cessas hoc est

hoc est, Quin, vel cur non hoc ocius facis? Quid est in mora, quo minus hoc cito perficias? *Que te detiene?*

Ades, pro ades dum, & ehodũ, poeticum: Huc ades, *venaca.* Resistere autem, est pedem sistere, & quod dicitur, *Quedar o pararse alli.* Resistite, si verbũ addideris, *Queda te alli si me dices, mas palabra.* Comminantis est interdum.

Opportunè ades, & Optato aduenis, idem illud loco & tempore significat, hoc ex animi sententia. Statim postea, Opportunè, tempus ipsum quærito, *A tiempo a ti busco.* Sic hoc loco, Ambo opportunè, vos volo, *Yo os he aqui hallado a buen tiempo a entrambos, soys los que queria.* Cicero, Opportunè adest homo, summa fide & virtute præditus, *A punto uiene.* Huic contrarium Importunè, *No bien a tiempo.*

Quin tu hoc audi, pro Imò potius hoc audi. Sed audi quid te volo, habet ornatum. Discedere mihi in animo est, quin tu hinc resistere paulisper: est quod te velim, *Yo tengo propuesto de ir me a casa, mas antes espera aqui un poco, yo te quiero dexir un poco.* Alioqui significat, Cur non? Quin tu vrges occasionem istam? ait Cicero, *Porque no apremias esta ocasion que es, porque no te das prisa en esta ocasion?* Quin compescitis istam vocem, indicem stultitiæ? *Porque no refrenays este dicho, que es señal de locura.*

Interij,

Interij, maiorē vim habet, q̄ Perij. Nā Perire, est destrui, nō tamē omnino, nisi addas funditus: Interire autem, est mori & omnino perire, vt Interire fame, Interire naufragio.

In dubio est vita, quemadmodū In dubio est animus: hoc est, Incertū mihi est, an diutius viuere debeam, Incertum est quid agam: nisi malis interpretari, vitam esse in dubio, pro in periculo: quod quæcūq; incerta sunt, eadem sint periculosa: quo modo, Dubias res, & dubiam salutem, dixit Cicero, pro ijs quæ in periculo versantur.

Obtundere, est veluti frequētibus verborum ictibus animi, vel aurīū cuspidem hebetare, *Molestar con mucho hablar, romper la cabeça. tractum à fabris. Ne me obrundas de hac re sæpi?* No me rōpas tãtas uezes la cabeça desto, o sobre esto.

Tametſi, pro Quanquam, tamen, *Aunque, comoquiera que.* Obtundis, tametſi intelligo, *Tu me rompes la cabeça aunque lo entiendo.* Item, *Etiã* amſi, vel & ſi tamen. Plautus, Proba merx facile emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt, *La buena mercaderia halla ſiempre quien la compre, aun que eſte bien eſcondida.*

Timeo ne hoc mihi accidat, & Timeo vt hoc mihi eueniat, cōtraria ſunt: hoc cupiētis eſt rē ſibi accidere, illud nolentis. Times ne ducas illā: paues vt ducas illā, *Tu temes de la auer*
y tu

y tu temes que no la puedas auer. Eam vim habet Vt particula.

Iſtuc ipſum, abſque addito, idem ſignificat quod Idipſum eſt, vel id eſt quod ais. Rem tenes, *Esto es, tu eſtas al cabo.* Rem acu tetiſti, *Tocaſte en el hito, acertaste.*

Me vide, nihil eſt pericli: hoc eſt, Mihi ſide, certus ſis. Dum me vides, in me rem omnem transfer, *Fiate de mi, que no ay peligro.* Nihil eſt pericli, pro Nullum eſt periculum: ſic Nihil eſt damni, aut incommodi, venuſſe dicitur.

Quamprimum me libera hoc metu: hoc eſt, Valde cito, citius q̄, vel quanto citius poteris, *Lo mas preſto que pudieres.* Cicero, Gratiffimum mihi feceris, ſi ad me in Ciliciã quã primū veneris, *Tu me has muy grande plazer, ſi lo mas preſto que podras, uinieres a mi a Cilicia.*

Liberare aliquem metu, eſt metum alicui adimere: ſic Liberare curis, inuidia, tædio, timore, Liberum & immunem facere, aut diſſoluere, & exonerare eius animum curis &c. *Descargar, librar.* Cicero, Vt odio, infamia, libidine totum ordinem liberetis.

Prehēdere, arripere eſt colloquēdi gratia, ſed ſine vi, & poti⁹ amico aīo, *Tomar o detener para platicar, o hablar cō alguno.* Tu⁹ pater modò me prehēdit, *Tu padre agora me aparto.* vnde Prehendere

hendere dextram, *Tomar por la mano derecha.* Nā per dextram, neque dextra, propriū nō est. Cæsar eius dextramprehendit, consolatus, rogat finem rogandi faciant.

Multa mihi dixit, quæ nunc non est narranti locus, *Ha me dicho muchas cosas, que no es tiempo agora de contar las.* Hoc est, Quæ nūc minus opportunum est recensere. Locus enim eleganter opportunitatem significat. vndē, Loco aliquid quærere, dixit Cicero: hoc est, Opportunè, & in loco beneficiū retribuere.

Percurrere aliquo, vel ad aliquem, est currendo festinare, perpetuòq; currere donec illic peruenias. Cicero, vbi cunq; tu esses, ad te percurrissem, *En qualquier lugar que tu estonieras, yo me diera priessa de ir a ti.* Vndē per translationem ad eas res abiit, quæ cum festinatione obeuntur, & cursim ac celeriter fiunt, vt percurrere causam, orationem.

Rogare, pro Interrogare interdum sumitur. Cicero. Rogauit peruenissentne Agrigentum, *Yo les pregunte si auian llegado a Agrigento.* Vndē formula, Roget quis, pro Si fortasse aliquis me interroget, *Si alguno poruentura me preguntasse.*

Negat vidisse, negat fecisse: vulgò dicit, ac corruptè, Dicit quòd non vidit, quòd non fecit. Cicero, Nego quenquam esse vestrum, qui

qui sæpe hoc audierit, Digo que no ay persona de uosotros, que aya muchas uezes oydo dezir esto. Quid ait Petrus de libello: negat vidisse. *Que dize Pedro de mi libro: dize que no lo ha uisto.*

Incidit mihi suspicio de ipsa re, *Yo tome sospecha de lo que auia uisto.* Hoc est, Res quã uideram mihi venit in suspicionem. Statim postea dicit, Incidit suspectio: Quis istæ tibi incidit suspectio? *De adonde te uiene esta duda, yo sospecha?* In Adelpis, Suspicio de me incidit, *Sospechan de mi.* In eam formam dicimus, Incidit sermo, & Incidit mentio de aliquo, *A dicha uino la plastica, o a hazerse menaon de alguno.*

Paululum obsoni, Parum admodum obsoni: hoc est, Bene parum est id, aut minimum est id, quod additur ad cœnam senis. Nam id est obsonium, quod additur ad communes epulas. In hanc formã dicimus, Paululum edulij, Paululū cibi, *Vn poco de uianda.* & Paululū oleris, carnis, aut huiusmodi rerum.

De improuiso, pro Ex improuiso, velex insperato, De subito. Interuenit homo de improuiso, *Vino de subito, que no lo persuamos.* Ibo de improuiso obuiam, *Yo ire al encuentro, sin que lo piense.*

Non cohærent hæc omnia, Non conueniunt inter se: corruptè dicimus, Non concordant, *No conuertan ni conuerdan.* Sic Cohæ-
rere

re oratio dicitur & sermo, atq; adeo verba alicuius inter se, cum inter se concordant, & ita sibi respondent, vt nihil habeat dissonantiae. Cicero, Vix disertis adolescentis cohaerebat oratio, *A gran pena concordaua la oracion del mancocho discreto y eloquent.* Sermo hercle & familiaris & quotidianus non cohaerebit. Vnde cohaerentia inter se dicere, cui contrarium est Disiuncta & contraria.

Quorsum isthuc? & Quorsum haec? *A que proposito esto?* Cic. Quorsum igitur haec spectat oratio? Quorsum igitur haec disputatio? Quorsus haec tandem? Sic variat huiusmodi loquendi formula: quam qui corrupte efferunt, dicunt, Ad quod propositum? *A que proposito?*

Continuo, pro Subito & confestim, venistum est. Continuo hic ero & adero, *Luego sero aq.* Continuo accurrit ad me, *Luego a la hora corrio a mi.* Maximam celeritatem denotat.

Solitudo non solum inhabitatam plagam, aut regionem significat, sed etiam locum in quo nemo apparet. Quis est domi? Solitudo. *Quien esta en casa? Soledad, o ninguno.* Solitudo est ante ostium, *No esta ninguno a la puerta.* Id gaudeo, & id laetor, elegantius dicitur, quam Gaudeo propter id, vel ob id, *Yo esto gozoso y alegre de esto.* Venit praceptor, id vero gaudeo vehementer, *El maestro es uenido, yo me gozo, y alegro mucho.*

Breuis

Breuis & succincta narratio, in qua multas res, aut a nobis visas, aut ab alijs actas describere, vel enuntiare cupimus, concisam habere debet vocabulorum gratiam, nulla interueniente copula, quae fastidium pariat, neque verbo toties repetito: vt est hoc, Maneo, interea introire neminem video, exire neminem: matronam nullam, in aedibus nihil ornati, nihil tumulti. Quid enim inuenustius esset, quam si pueriliter & inepte diceres, Ego expecto: interea ego neminem video introire: neque video aliquem exire, neque etiam aliam quam matronam, Praeterea etiam nihil visum deo, aut nihil erat ornati in aedibus, &c. Tale quid tibi proponere libet, vt imiteris. Interrogatus, quid factum fuerit in gymnasium, cum redires e nudinis, sic cupio te respondere, Gladium quem animi causa districtum gerebam, vagina includo, atque ita celo, vt nullus appareat: vestem compono: zona accingor: ego me continuo ad gymnasium. Quum illud aduentum, solitudo pro foribus: iam id gaudeo: maneo: interea introire neminem: video exire neminem, custodem nullum, in gymnasium nihil tumulti: accessi intro, aspexi, ne verbum quidem. In hanc formam poteris mille alia exempla tibi confingere.

Non recte accipis, haud exacte quid dicam tenes,

tenes, non sanè intelligis, non bene capis, No lo entiendes bien. Quæ gesta sunt accipies ex Pollione, pollio te dira lo que se hizo. Accipere autem in hunc sensum, intelligere est.

Conuenire aliquem, pro eo quod corruptè dicitur, Ire ad loquendum cum aliquo. Cicero, Eum, si opus esse videbitur, conueniam, Yo le ire a hablar, si ueo que sea menester. De Antonio iam antea tibi scripsi, nō esse eum à me conuentum. Conuenisti præceptorem de ea dictione? Conueni, & narraui sententiam tuam. In eum sensum sumitur Compellare, sed infrequentius, neq; enim tantam vim habet. Cicero, Quos ei commodū fuit, compellauit, Hablo y pregunto a aquellos que le parezco bien.

Olus ne putes brassicam solam significare, sed omne herbarū genus quod edi potest, Toda yerua o ortaliza que se puede comer. Et modica coenare times olus omne patella, Tu temas de cenar todas las yeruas o ortaliza en tan pequeña plato.

Obolus, vltima erat nummorum significatio apud antiquos: minus enim nihil erat obolo. Valebat autem, (inquit Budæus, Galliæ lumen) septem denariolos Turonenses, hoc est, Semillem Frâcicum & denario lū, Que haze cinco maravedis o, media placa de Flâdes.

Mea

Mea opera, tua opera, hoc factum est, vel liberatus sum: hoc est, tua industria, tuo conatu, tua diligentia: Per te (quod corruptè dicitur) vel tuo medio, Yo soy librado por tu ayuda por tu causa, y medio, Illius opera nunc viuo, por causa del yo viuo. Hoc est, Sine ipsius diligentia nullus eram. Sic istius opera se funditus extinctos arbitrantur, dixit Cicero. & Brutus, Horum opera liber est, por el medio y trabajo de aquellos esta en libertad.

Prorsus, nullo modo, nullo pacto, venturam addit sermoni gratiam. Nihil prorsus, Ninguna cosa q; sea. Hoc est, Omnino nihil. Prorsus è lecto nequit surgere, En ninguna manera se puede levantar de la cama. Prorsus iā tacere nequeo, Ya no puedo en manera alguna callar.

Ridiculum caput, iocus cū irrisione: hoc est, caput risum excitans. Cerebrum hoc capite dignum: in eos qui iudicant ineptius, aut contrā censent, ac ratio expostulat, videnturque à communi sensu aliquantulum alieni. In eum sensum dicitur, O lepidum caput, in quo plurimū est lepōris: sed hoc per irrisionem, capite sumpto pro cerebro, & ratione ac communi sensu. O præclarum hominis cerebrum, ô iudicium tali cerebro, aut homine dignum.

Videre, attendere, prospicere rei suæ, sibi consu-

Q

consu-

consulere, Mirar por si, poner guarda . Vnum illud mi Tiro videto, si me amas, Amigo mio Ti ro yo te ruego, si me amas, mira con diligencia enesso. Valebis, meaque negotia videbis. Meis negotijs attendes, Tu pensar as a mis negoaios. Etiam cauere in hoc sensu significat, praesertim cum Ne particulam sequitur. Cicero, vide quaeso etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum a teipso minuat authoritas.

Ambire aliquid, est diligentissima adhibita opera quomodocumque fiat, iure vel iniuria, curare ut id adsequamur: vulgus nostrum vocat, *Buscar rodeos y maneras para algo alcanzar*. unde Ambire Magistratum, *Rodear o sobornar uotos para alcanzar dignidad publica*. & Ambire concubitum dicimus, *Buscar maneras y rodeos para alcanzar casamiento*. Virg. autem dixit, Ambire Latinum concubitus. Spes me frustrata est, Frustra speraui, Spes me delusit, Spe decidi, vel Decidit mihi spes. Idem sic alibi dixit Terentius. Frustrata nos est fides tua, *Tu se y pmesa nos ha engañado*. Hoc est, Frustra tuae fidei credidimus, verba dedisti nobis.

ACTVS II. SCENA III.

ARG. Deliberat Pamphilus cum Dauo, quid agendum sit, quod pacto respondendum sibi sit, cum ventum erit in conspectum patris. Id scilicet recte & astute consulit Dauus, neque verò inuadet negandum Pamphilo, quod uxorem velit ducere.

Pamphilus

PAMPHILVS DAVVS.

Q Vid igitur sibi uult pater? cur simulat? D. ego dicam tibi.

Si id succenseat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes.

Ipsus sibi esse iniurius uideatur, neque id iniuria, Prius, quam tuum animum ut sese habeat ad nuptias peraspererit.

Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet.

Tum ille turb.e sicut. P. quid uis patiar? D. pater est Pamphile:

Difficile est, tum haec sola est mulier, dictum ac factum, inuenierit

Aliquam causam, quam ob rem eijciat oppido. P. eijciat? D. cito.

P. Cedo igitur quid faciam Daue? D. dic te ducturum. P. hem. D. quid est?

P. Egone dicam? D. cur non? P. nunquam faciam. D. ne nega.

P. Suadere noli. D. ex ea re quid fiat uide.

P. Ut ab illa excludar, hac concludar. D. non ita est.

Nempe hoc sic esse, opinor dicturum patrem,

Ducas uolo hodie uxorem. tu, Ducam, inquires.

Cedo, quid iurgabit tecum? hic reddes omnia,

Quae nunc certa sunt ei consilia, incerta ut sient,

Sine omni periculo. nam hocce haud dubium est, quin Chremes

Tibi non det gnatam. nec tu ea causa minueris

Hec quae facis: ne is mutet suam sententiam.

Q u

Patri

Patri dic uelle: ut cum uelit tibi iure irasci, non queat.
 Nam quod tu speres, propulsabo facile: uxorē his moribus
 Dabit nemo. inueniet inopem potius, quam te corrumpi
 sinat.

Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris.
 Aliam otiosus quæret: interea aliquid acciderit boni.

P. Itā credis? D. haud dabitū id quidem est. P. uide quo
 me inducas. D. quā taces?

P. Dicam. puerum autem ne resciscat mihi esse ab illa, cau-
 tio est.

Nam pollicitus sum suscepturum. D. ô facinus audax.
 P. hanc fidem

Sibi me obsecrauit, qui se sciret non deserturū, ut darem.
 D. Curabitur. sed pater adest, caue te esse tristem sentiat.

CONSTRUCTIO.

Igitur) Ergo [si falsæ sunt nuptiæ]

Quid pater) [meus Simo]

Uult sibi) quid amplius quærit: quid cupit: quid cogitat?

Cur) Quamobrem

Simulat) fingit [se uelle ut nubam?] Que-
 quere pues mi padre porque lo finge? [ego Dauus]

Dicam) [mox] referam

Tibi) [Pamphilo] quid censeam, quamobrem
 simulet pater, Yo te lo dire.

Si) [pater tuus]

Succenseat nunc) succensus & iratus sit

Id) ob id,

Quia

Quia) quod, propter quod

Chremes) pater Pasibulæ

Nō det tibi vxorē) nolit ut filiā suā ducas,

Ipfus) ipse pater tuus

Sibi videatur) videbitur

Iniurius) iniuriam facere

Sibi) ipsi, hoc est, sibi ipse iniustus esse videtur,
 Hoc est, culpam & iniuriam omnem in se reijciat. si el esta agora enojado que Chremes no te da su hija, pensara que el haze grande sin razon e injustia a si mesmo, porque echara toda la culpa sobre si.

Neque) & non Id) [faciet]

Inturia) sine causa,

Prius quā) ipse

Perpexerit) cognouerit, perspectū & cognitum habuerit] ex interrogatione,

Animū tuū) mentē & uoluntatē tuam,

Ut sese habeat) qualis sit, Hoc est, nisi prius ex te cognouerit, quid ipse sentias de his nuptijs. & no sin causa y razon antes que a ya sabido tu animo y uoluntad, que tal sea, esto es si primero no sabe de ti, qual es tu uoluntad.

Sed) Verūm

Si tu negāris) recusaueris [te uelle]

Ducere) eam Philumenam,

Ibi) tum, [ipse Simo]

Transferet) referet, traducet,

Culpā) omnem] quominus fiāt nuptiæ.]

Q iij

In te

In te) aduersum te, Melius igitur est, vt non neges. [nam]

Tum) cum negaueris,

Fient illæ turbæ) illi tumultus, strepitus,
Más si tu rehusas de lo querer, entonces pondra, y echara toda la culpa sobre ti, y entonces se haran las rebueltas, y riñas. [ego Pamphilus]

Patiar) feram, permittam mihi fieri,

Quiduis) quodcunque, omnia, *Antes sufriré todas las cosas. [potius quàm fatear, me velle vxorem ducere.]* Id enim subauditur propter abruptum sermonem, quem statim reprehendendo herum suum subiungit Dauius, dum ait,

Pamphile) ô mi Pamphile,

Est pater) [tuus,] Pamphilo *cata que es tu padre.*

Est difficile) [resistere ei,] *Es bien dificultoso de resistir le.*

Tum) Præterea,

Hæc mulier) filia Chremetis,

Est sola) vnica, *Allende desto está donzella es vnica y sola.*

Dictum ac factum) Hoc est, citius quàm quis dixerit, aut fecerit, [ipse Simo]

Inuenerit) reperiet

Aliquam causam) occasionem,

Quamobrem) propter quam

Eijciat) expellat [te]

Oppid

Oppido) ciuitate, *Dicho y hecho hallara alguna ocasion, por te echar fuera de la ciudad.*

Eijciat) expellat) detrudat) *Echar me ha? An ne illud facere cupiat aut poterit? terrore cõcussus hoc ait.*

Cito) [& quidem] celeriter, *si y a un bien presto. incutit timorem Dauus.*

Igitur) Agedum

Cedò) peto à te

Daue) serue

Quid faciam) quid iubes, aut cõsulis me facere? *Pues que así es que me aconsejas que haga.*

Dic te ducturum) [vxorem.] *Fatere te velle illam vxorem ducere, Di que te casaras.*

Hem) dolentis, *A y me.*

Quid est?) *Que ay? Quid times? quid es mittis gemitum?*

Ne) An, vtrum

Ego dicam?) *dicere potero? [cum ego maxime nolim.]* *Ania yo de dezir tal?*

Cur non?) *Quidni? forque no?*

Nunquam faciam.) *Nunca lo hare.*

Ne nega) *Noli negare, No lo quieras negar.*

Noli) [rogo,] *ne velis [hoc]*

Suadere) consulere [mihi] vt dicam, *No me lo aconsejes.*

Vide) Attende,

Quid fiat) futurum sit,

Q. iij

Ex ea

Ex ea re) inde ex hoc [si responderis te
ducturum,] *Mira que es lo que se podra seguir desto.*

Vt excludar) [fiet [vt eijciar, priuer,

Ab illa) [Glycerio,] [& vt]

Concludar hac) includar, coniungar cum
ista, *Que yo sere echado della, y me aiunte con esta.*

Non est ita) [futurum vt existimas,] *No
es assi como piensas. Non rectè existimas.*

Nempe) Imo verò, [ego Dauus]

Opinor) existimo, puto, cenfeo,

Patrem) tuum Simonem,

Dicturum sic) responsurum in hunc mo-
dum, ita [tibi] [Pamphile]

Volo) [ego Simo] cupio, [vt]

Ducas) te ducere

Vxorem) Philumenam

Hodie) *Mas antes pienso que tu padre te dira, en-
sta manera, yo quiero que tu te cases oy con Philumena.*

[ad hæc]

Tu) [Pamphilus]

Inquies) dices, respondebis [patri tuo,]

[Ego] ducam) vxorem, faciam quod ius
bes pater, *Tu le responderas yo lo hare. [Nunc, si*

id responderis,]

Cedo) peto à te,

Quid) præterea [pater tuus]

Iurgabit) litigabit

Tecum:) *Yo te pregunto q̄ te podra venir, y cõtena
der con*

der contigò? Hic) hac oratione, hoc loco,
hoc responso, Reddes) facies, efficies,

Vt omnia consilia) omnes orationes [pa-
tris tui] Quæ sunt certa nunc) quæ iã
subductæ sunt, Sint incerta ei) incerta
tum habeant exitum apud eum, incertum &
dubitum eum reddant.

Sine periculo omni) *Por este medio tu haras
q̄ todas sus deliberaciones q̄ son ya ciertas, las tornaras
todas inciertas, y dudosas sin algun peligro. absq̄ eo
quòd periculũ aliquod subire te oporteat,
quòd oporteat te Philumenam ducere, vel
eiectum esse oppido, aut quiduis aliud.*

Nam) Etenim Hocce) hoc

Haud est dubium) dubitandum non est,

Quin) quòd Chremes) pater Pasi-
bulæ Non det tibi gnata) [in vxorẽ]
*Porque no ay que dudar sobre esto, que Chremes no te
dara su hija.*

Nec) neq̄ tamen,

Tu) Pamphilus, Ea causa) proptes-
rea, per eam rationem quam produces,

Minueris) minues, minora facies

Hæc quæ facis) quæ moliris.

Ne) vt non, Is) [Chremes]

Mutei sententiam suam) discedat ab eo
quod instituit, *Ni por esso disminuyras tu hecho,
porque no mude su proposito, y parescer.*

Dic) [itaq̄] Patri) [tuo]

Te vel

Te velle) [ducere vxorem] Vt)
 Nequeat) nō possit [pater] Irasci tibi
 bi) succensere, Cum) etiam si
 Velit) maxime cupiat, Di que quiesces porque
no se pueda enojarse contra ti aun que lo quiera.
 Nam) Etenim Ego) Dauus
 Facile) ppulsabo) oppugnabo, reiiciā, [id]
 Quod tu speres) cupias, expectes propul-
 satum tri, *Y yo desechare facilmente, lo que tu es-
 peres, o temas. hoc est, si nolis eā ducere, [quod
 te sperare cupio] ego facile persuadebo, ac re-*
 pellam ne ducas.

Nemo) [pater]

Dabit) dare velit filio suo

Vxorem his moribus) [præditam] Ningū
*padre querria dar a su hijo muger de tales costumbres
 o uida. hoc est, Non est quod existimes pro-
 pter dura verba, quæ cum patre tuo habes
 bis, ipsum tibi daturum Glycerium in vxor-
 rem. nam nemo pater daret filio suo mere-
 tricem in vxorem. [Imò si respōdeas te nolē
 le istam, & aliam velle, pater tuus]*

Inueniet) reperiet, [tibi aliam vxorem]

Inopem) pauperem, Potius quam)
 prius quam. Sinat) permittat.

Corrumpi te) animū tuum inuerti, & la-
 befactari moribus istius meretricis, *Hallara una
 pobre, antes que te dexes gastado o corrompido desta*
 mala

mala muger.

Sed si) Si verò

Accipiet) intelliget [ex tuis dictis]
 Te ferre æquo animo) [quod det tibi Phi-
 lumenam in vxorem] tibi molestum nō es-
 se quod acturus est, Facies) efficies, red-
 des [dictis & voluntate tua]

Negligentem) [patrem tuum] lentum &
 ignauū [in disquirenda tibi vxore] *Mas si enten-
 diere que tu lo sufres con paciencia, tu le tornaras negli-
 gente. [nam ipse] Quæret, disquiret [tis
 bi] sciscitabit tibi, Aliā) vxorem, quā
 ducas. Otiosus) cū otio, nō vsque adeo
 celeriter, *Buscarte ha una otra a su plazer, y no de pre-
 sto. Interea) Dum quæret tibi aliam,**

Acciderit, accidere poterit, eueniet,

Aliquid boni) quidpiam bonum, *Entretáto
 acontescera alguna cosa buena. [O Daue]*

Credis) [ne]

Ita futurum? *Crees lo así.*

Quidem) certè Id) quod dico

Haud est dubiū) dubitandū non est [quin
 sic accidat, *No es menester dudar sobre esso.*

Vide) Prospice, Quò inducas me)
 Impellas, includas, *Mira bien adonde me pones, o
 en q̄ peligro. in quod periculum me cōijcias, si
 tuo consilio respondeam patri, me velle.*

Quin) Cur non Taces? *Porq̄ no te callas?*

Dicam) Admonebo te [etiam hoc vnum]

Cautio

Cautio est)cauendū est, danda est opera,
Ne resciscat)intelligat, sciat ex aliquo, vel
ex te [pater meus]

Esse mihi puerum)infantulum,

Ab illa) Glycerio, Nam) Etenim
[ego] Sum pollicitus) promisi [illi
Glycerio] Me suscepturum) [eum

puerum]quod ego susciperem, Yo te dire es
menester guardarse, que mi padre no se pa que yo tengo
un niño o hijo de Glycerio, porque yo le prometí de tom-
marlo y recibirlo.

O facinus audax!) O hominem audacē!
ô factum, vel crimen temerarium! O locura grā
de y gran atreuamiento. [illa]

Obsecrauit me)vehementer à me contē-
dit, [vt] Darem sibi hanc fidem)vt si
bi promitterem, pollicerer [me suscepturum
puerum] Qui)vt [ex hac fide]

Sciret)intelligeret, cognosceret [me]

Non deserturum se)non relicturum se,
Rogome mucho, porque por este medio fueſſe segura, que
no la dexaria. Curabitur)dabitur ope-
ra [huic rei] Trabajar se ha en esso.

Sed)verum Pater)[tuus]

Adest)præſens est, Caue)[vt]

Te sentiat)percipiat, Tristem)mœ-
stum, Mas he aqui a tu padre, guarda bien que no
sienta que tu estas triste.

Scholia.

Quid tibi vis? Quid sibi vult? quod vulgò
dicitur. Quid vult dicere? Per hoc quid signi-
ficat pater? Per hoc quid intelligit facere?
Que quiere dexir por eso? que tiene en proposito de ha-
zer? Cicerò, Quid sibi equestres statuæ vol-
lunt propter ædem Vulcani? Que significan
estas estatuas de caualleros, cerca el templo de Vulcano?
Hoc est, quod corruptè diceretur. Quid si-
gnificare volunt ij, qui has statuas constitue-
runt iuxta ædem Vulcani?

Simulat, qui tacendo animum suum ces-
lat, aut si quidem loquitur, ita occultè tamē,
vt nihil apertum relinquat, quo mentem su-
am cognoscere possis. vndē, Simulata men-
te locutum, ait Virgilius. Spem vultu etiā
simulat: cuius cum res propemodum despe-
rata sit, tamen eum vultum ostendit, qui spē
adhuc integram designet. Cicerò, Simulato
morbo, non quid responderet, sed quemad-
modū non responderet, deliberabat. Simula-
re quoq; Curios & bacchanalia viuere dicū-
tur, qui frugalitatē exterius etiā verbis ac
vultu ipso præ se ferunt, quæ Curio pecu-
liaris fuit, & insignis: intus autem & domi
nihil minus sint quàm frugales, sed Bacchi-
ci & heluones. Absolutè autem Simulare di-
citur, qui mentem suā aperit nemini, premit-
altum

altum corde dolorem. Cur simulas, Cur mē
tem non aperis? *Porque lo finges, porque lo tienes
tan secreto? Vndē, simulatē aliquid facere: cui
contrarium est, Ex animo.*

Id succenset mihi, ob id, vel propter id i-
rascit̄ erga me, quomodo dixit Salustius, Id
vos si fortē offendimus. Nam Succēfere nō
habet tantam vehementiam, atq; irasci. Si-
gnificat enim potius quod dicitur vulgo,
Enojarse contra alguno. Eandem locutionem pro-
tulit Plautus in Capt. An obsecro Hercle
te, id nunc succenses mihi? An ob id stomas-
chum in me moues? *Enojas te por esso con mi go?*
Mihi quōd dedissem leuiter succensuit, in-
quit Cicero. *Enojose un poco conmigo, porque a-
uia yo dado esto.*

Iniurius sibi esse videtur, qui se putat ali-
quid fecisse contra ordinem iuris, vel contra
æquitatem ac iustum, Sic etiam alteri iniu-
rius est, qui facit alteri contra, quā ius aut
æquitas postulat, *El que haze iniuria a un otro.* Vn-
dē Iniuriū esse dicimus, qui iuris non est, qd̄
non sit æquum: vimq; aduerbiij obtinet, Ne-
gat quia sit iniurium, *Dize que no lo haze, pora-
que no es raxon.* Si mihi dat operam, me illi i-
rasci iniurium est, *si me ayuda, y yo me enojo
contra el no es justo.*

Non iniuria, non abs re, non præter ius
aut bo

aut bonum, non sine causa, *No sin causa.* In-
iuria enim fieri dicitur id, quod iure non
fit. Cicero, Ego tibi iniuria suspectus sum,
Tu tienes de mi sospecha sin causa. Hoc mihi mo-
lestum est, neque id iniuria, *Esto me molesta y
enoja, no sin causa.* Si succenset præceptor, id
verō non iniuria, *si el maestro se enoja, no es
sin causa.*

Perspicere animum alicuius, vt se ha-
bet ad aliquid, est diligenter animaduertere,
quæ sit alicuius sententia & voluntas de a-
liquo negotio. Nam perspicere volunta-
tem etiam dicimus. Cicero, Cum perspe-
xero voluntates nobilium, scribam ad te,
Como supiere la uoluntad de los nobles, yo te escriuire.
Eam autem vim habet Perspicio, vt sum-
mam quandam in cognoscendo & animadu-
uertendo aliquid diligentiam significet:
vndē Perspicere fidem & virtutem, atque
integritatem alicuius: item etiam causam,
sententiam.

Habere variè sumitur Se pronomini iū-
ctum, cum se gerere significat. dicimus e-
nim, Habere se ad aliquid, pro Se gerere
in re aliqua. Vt te habes in eo negotio? in
re literaria? *Como te ua en tus negocios, en los estudi-
os, o sciencia?* Et dicimus, animū se habere in re
aliqua, vel ad rem aliquam. Sciendū est, vt se
habet

habet animus ad literas, *Es menester saber, que no litud tiene a las letras o a los estudios.* Absolutè quò que, *Habere se, pro Valere: vt te habes: Como estas? Vt se habet res nostra? Como se han nuestras cosas? Cui si adiungas aliquid, tum rei effectum indicabis. Belle se habet, eleganter, Bien y honestamente se han. Huic contraria sunt, male se habet, grauiter, Mal se han.*

Negare aliquid facere, pro eo quod corruptè dicitur, *Dicere quòd non volumus aliquid facere. Si me accusauerit eius rei, negabo factum, Si me acusare desito, yo dire que no lo he hecho. Si petat à me sententiam, negabo vel le, si me demanda mi parecer, yo dire que no quiero. Vis dicam me velle: ne nega. Quieres que diga que quiero? no lo niegues.* Præclarum est, pro Noli contradicere, *Care, te nolle dicas. Vereor ne mihi malum aliquod cõcitem si dixerò, ne nega.*

Transferre culpam vel crimen in aliquè, *Dar la culpa o echarla a alguno de alguna cosa.* Præferrim cum de duobus sermo est, ad quos alius culus criminis causâ attinet, vel qui eodem crimine norantur. Huius circumsessionis tuæ causam & culpam in alios trãstulisti, inquit Cicero. & Liuius, Reus ab se culpam in milites transferebat, *El que era acusado echo su culpa a los soldados.* Illud Ab se, denotat vocabulum, Transferre,

Transferre vim eam habere, vt dicatur cum à noxiò ad innoxium culpa traducitur.

Turba, multitudo hominum inter se rixãtum, *Bullicio.* quòd ea nunquam vacet perturbatione ac commotione: vndè pro ipsa rixa ac commotione sumitur, *Contienda y renzilla.* Turba est inter eos, *A y contienda entre ellos.* Cic. Ecce autem noua turba atq; rixa, *Veys aqui otra nueua rebuelta y contienda.* sic Tũ illæ turbæ fient, *Entonces se haran grandes rebeltas.*

Dictum ac factũ, inuenerit aliquã causam quamobrè eiiciat te gymnasio, *Dicho y hecho, hallara alguna ocasion, por te echar fuera del colegio.* Maximam vim habet in celeritate alicuius facti indicanda. Dictum ac factum, reddidi, *Dicho y hecho, yo lo bolui.*

Cedò defectiuum, pro Dic mihi, vel Da mihi, magis comicum est, quàm ab oratoribus frequentius vsurpatum. Cedò, quid faciam? *Dime que hare yo?* Cedò aquam manibus, pro Peto vt detur mihi aqua ad ablutas manus, dixit Plautus. & Cedò mihi pateram, *Yo demando la taza.*

Dic te facturum, dic te ducturum, elegantius quàm hoc, *Dicas quòd facies, duces.* Gerundia enim huiusmodi, magnum adferunt ornamentum sermõni, sic postea ait, *Patrici dic velle.* Præterea, *Egõne dicam? y enustius,*
R quàm

quid an ego dicam? aut, Visne quoddam ego dicam? aut corruptius, utrum ego dicam? *Quieres que lo diga? Multum obseruanda sunt huiusmodi loquendi formulæ in sermone quotidiano.*

Excludi & concludi contraria, quemadmodum Extrudi & Contrudi. Excluduntur qui foras eiciuntur, qui propulsantur aedibus, domo, vel alio loco. Præ amore exclusit hinc foras, *por amor que ella le tenia, le cerro la puerta que no entrasse en casa.* Extrudere autem violentum quiddam magis indicat, quemadmodum & exturbare & expellere: Plautus, *Qua nunc causa me extrusisti ex aedibus? Por quid causa me echaste fuera de casa?* Cicero, *Lectum genias lem in eadem domo sibi ornari & sterni, expulsa atque exturbata filia, iubet. Echada la hija fuera bien asperamente.* Per translationem autem, Excludi ab aliqua dicitur amans, hoc est, ab eius amore reijci. Sic, Extrudi ab aliquo, pro Abalienari, *ser priuado de la compania de alguno.* At Concludi eos dicimus, qui intro clauduntur cum aliquo. Sic etiam Contrudere, sed maiorem vim habet. Tantum ille exhaust, quantum potuit in naues contrudi, *Tanto quanto se podia echar dentro en las naos.* Per translationem autem, est aliqua re ita potiri, ut quasi cum ipsa concludi videamur.

Iurgare

Iurgare cum aliquo, Contendere, *Reñir con alguno.* Cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam, *Yo mesmo vi a Dauo que reñia con la criada.* Itaque Iurgare, est iure quoddam cum aliquo desertare & contendere. Litigare autem, vehementius quiddam est, & longiorem disceptationem significat, etiam cum tumultu. *Qua de re nunc litigatis inter vos? De que cosa contendes entre nosotros.*

Iure cum aliquo irasci: hoc est, cum aliqua causa, merito, cum ratione, *Con razon, y justa causa.* Ablatiuus enim Iure, sic positus, magnam adfert sermoni gratiam. Quamobrem iure in eum animaduertetur, inquit Cicero, *por lo qual con razon le castigarian.* sic, Iure euenit, & iure fit.

Propulsare quod aliquis speret, est repellere & obsistere, ne id eueniat aut accidat quod sperat maximè. Propellere enim, procul est pellere, & longè detrudere, cuius frequentatiuum maiorem quandam vim habet. vnde Propulsare morbum, procul furgate, *Echar bien lejos.*

Inopem, vel ab opibus, vel ab ope deducere poteris: ut significet vel eum qui caret opibus, hoc est, egenum, egentem, aut indignum: vel eum cui nemo fert opem. Cicero. *Premebatur inops multitudo ab ijs qui*

R ij maiores

maiores opes habebāt, *El pobre, y menguado de dineros era apremiado de los que eran mas ricos.* Per translationem autem dicitur, inops amicorum, qui nullam suscipit opem ab amicis. Sic inops auxiliij, qui caret auxilio, Inops consilij, remedij, verbis, dicendi sapientia, & id genus cætera. Ab eo fit inopia, quemadmodum & ab Egeno, Egestas, pro paupertate & defectu. vnde inopia argenti, frumenti, & comæatus, stipendij, aut loci. Ita quoque inopiam consilij & argumentorum dixit Cicero, pro Indigentia, & quam carentiam vulgus vocat, *Falta de consejo.*

Non te corrumpi sinet, *No te consentira echar a perder.* Tractū à frugibus, quæ vel propter aëris noxam, vel propter externam aliquam causam, vitium patiuntur. Vnde Corrupti fruges, fructus, vinum & huiusmodi. Aeschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur, *La comida se gasta y corrompe.* Sic trāslatitè ad corpus & animum refertur, vt corrupti dicantur iuvenes ingenui, ab impuris & sceleratis, cum propter eorum conuersationem, mores, & animum, in petus immutentur.

Accipere, pro Intelligere ac percipere, tã oculis, auribus, quàm etiam animo, frequentissimum est apud omnes autores. Cicero. Quem accipi ipse oculis, animoque sensum, hunc

hunc verò apud vos, & vt potero planissimè exponam.

Feceris eum negligentem, & Acciderit aliquid boni: pro Facere poteris, & Accidere poterit, venustum est. Coniunctiuus enim pro infinitiuo pereleganter sumitur: sic, *Feceris mihi gratissimum: aut, Feceris mihi re gratam.* Id in gratiam præceptorum si feceris, aliquid boni acciderit, *si hizieres esto por amor de los maestros, podra dello seguirse algun bien.* Id si quamprimum ex te accepero, diligentem & obsequiosum feceris, *si yo he esto de ti bien presto, harasme diligente, y obedesciente, o aparejado a te hazer seruicio.*

Faciet hoc otiosus, hoc est, in otio, vel per otium, sine magna diligetia. Sic Otiosus dicitur, qui nihil curat, & Otiosus à metu, qui parum timet. Iubeo te otiosum esse: hoc est, minus de hac re sollicitum. Alioqui Otiosus, in malum sumitur pro negligentia ac pigro, Vnde otiosè aduerbiū, cunctanter & negligentem. Inducere aliquem aliquo, mitius quiddam est, quàm protrudere, vel intrudere, conijcere, impellere, quemadmodum feras in retia: minorem tamen habet vehementiam, cum neminem inducamus, nisi aut volentem, aut à nobis quoquo modo persuasum, vt inducere in spem, in rationem

R ij onem

onem, & in memoriam rei alicuius. Item etiam inducere in iter, dixit Quintilianus, pro eo quod vulgo dicitur, *Ponerle en camino.*

Quin taces? Cur non taces? Corrupte & ineptissime dicitur, Tace he si velis. Non vis tacere? Taceas si placet. Quare non taces? & huiusmodi, quæ quàm insulsa sint, vides ex Terentiano sermone, Quin taces?

Caue autem ne resciscat pater, pro Sed caue ne intelligat, aut audiat. Vis est in vocabulo Autem, dum pro Sed particula sumitur. In quo velim nostros adolescentes paululum assuefactos. Illud enim autem, id supplet, quod alioqui pluribus & inutili sermone pronuntiandum est, Sed ego rogo, caue ne dicas: Caue autem ne dixeris. Cicero, Verum caue ne dixeris.

Cautio est, & cautio est adhibenda, pro caueendum, & providendum est: antiqua dictio qua legistatores præcipue utebantur, traducta tamen in communem sermonem: pro adhibenda est diligentia. Plautus, Ne quisquã pertudat crumenam, cautio est. *Es mester que mires, no te toquen la bolsa o la corten.*

Puer est Pamphilo ab illa: hoc est, Suscepit Pamphilus puerum ab illa, venustum. pro, ex illius contubernio. Sic quoque dices, Morbus est Petro ab illo, hoc est, ille dedit

dedit hoc malum Petro. *Pedro a tomado el mal de aquel. vel, quicquid mihi boni est, ab illo est, Qualquiera cosa que tengo de bien es de aquel, o viene por aquel.*

Suscipere puerum, est ad se capere quod dicitur, vel educandum aut instituendum accipere, *Receuir como suyo para criar.* quod potissimum eorum est, ad quos maximè pueri pertinent, post patres tamen. Nam patres potius dicuntur sustulisse pueros ab vxoribus, quàm suscepisse. Suscipiunt autem tum obstetrices in partu, tum verò ij, quos parrinos vulgo vocamus, in baptismatis sacramento, vnde non immerito nominamus huiusmodi parrinos, susceptores: ipsum autem munus pueros in baptismatis super fontibus erigendi, susceptionem, & propter id quod ipsos pueros sursum extollunt, & quia instituendos, atque educandos suscipiunt. Id enim suscipere propriè ad æducationem & institutionem pertinet, quod hic Pamphilus loquitur, non tanquam pater pueri, sed tanquam dissimulato amore fingit.

Pueri vocabulum, nullum sexum indicat, quemadmodum neque infantis, Vnde Cicero ait, infantium puerorum incunabula. Itaque refert Pamphilus, puerum se suscepturum ex Glycerio, quem tamè igno-

R. iij. rabat

rabat qualis futurus esset: quicquid enim peperisset, decreuerat tollere. Peculiari tamen significatione Puer, ad seruū transfertur. Puerum inde abiens conueni Chremis. Magis propriè masculinum infantem significat.

Facinus, etiam si quibusdam videatur pro facto simpliciter nonnunquam sumi: tamē semper habet, nescio quid, dedecoris aut ignominiae, vel expressum, vel subintellectum. Nam Facinus, in signe aliquod factū est, sed plerumq; indecorum & flagitiosum: ut si quando præclarum facinus, aut facinus audax, vel in signe reperias, magis id ludibrio dictum sit, quàm ut honestum quiddā per hoc intelligi debeat. Itaque Facinus audax, hoc loco interpretabere Scelus temerarium, Facinus indignum, nam id facinus indicat. unde Facinorosos vocamus, nebulosus omnibus sceleribus inquinatos. Audax autem dicitur, quod temerarium est, & nimium confidenter atque impudenter factum. In Phormione, Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?

Dare fidē alicui, promittere, dextris etiā iunctis, quæ fidei signum testantur, unde illud Virgilij, Accipe, daque fidem, ut etiam Spondere significet. Do fidem ita futurum, *Yo te prometo que sera assi.* Da mihi fidem

fidem te taciturum, quod corruptè dicitur, Promitte mihi quod tacebis, *Promete me que no lo diras a nadie.*

Curabitur, impersonale, satis venustam habet gratiam, tum in ironia, tum etiam si seriò loquaris, ubi tibi quid imperatum est quod facias. Fac quamprimum poteris. Curabitur. *Hazlo lo mas presto que podras, poner se ha diligencia, o tener se ha dello cuidado.* Hoc est, Ego curabo diligenter. vel ironicè, Scilicet, Hoc dignum est, quod diligentia mea opus habeat.

Caue, te tristem sentiat pater. Vide, da operam, ut patri non videaris tristis. Fac, ut pater non percipiat te esse moestum, aut minus hilarem. Sentire etiam Iudicare hinc significat: nam ut quisque, ex eo quod videt, sentit ac percipit, ita iudicat. Caue, te præceptor hilarem sentiat. hoc est, Enitere, ne iudicet præceptor vultu aut gestu tuo aliquid esse hilaritatis. hoc est, ne faciem videat exporrectam, rubicundam, labra gesticulantia, caput in compositum, oculos elatos. nam ea sunt signa, quibus aliquem hilarem esse percipimus: quemadmodū tristitiæ signa sunt, corrugata frons, oculi demissi, diducta & se inuicem mordicantia labra, facies pallida, buccæ inflatæ.

Actus

ACTVS II. SCENA III.

ARG. Se in scenā offert Simo, interrogaturus de Pamphilo quid sentiat. Dauus herum admonet, constanti sit animo, ne quid timeat: caueat ne tristem ostendat vultum. Futurum esse, vt si quidem patri assentiat, nihil inde periculi suboriatur.

SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

R. Euiso quid agant, aut quid captent consili.
D. Hic nunc non dubitat quin te ducturum neges.
Venit meditatus alicundē ex solo loco:

Orationem sperat inuenisse se,

Qua differat te. proin tu face, apud te ut sies.

P. Modo ut possim. D. crede mihi hoc, inquam, Pamphile,
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum esse uerbum, si te dices ducere.

CONSTRUCTIO.

[Ego Simo] Reuiso) iterū eo ad videndū,
dum, vel prouiso, aut redeo vt videam,

Quid) [Dauus & Pamphilus]

Agant) faciant,

Aut quid captent consili) quod consiliū
captant [inter se.] Torno a uer lo que hazen, o que
consejo tomen. Videt colloquentem Pamphile
lum cum Dauo.

Nunc hic) [senex] aīaduertit Dauus senē.

Non dubitat) non ambigit,

Quin) quod non [tu]

Neges) sis negatur⁹ [modō] negare uelis,

Te ducturū) [vxorē] habere uelle Philus
menā vxorē, Este tu padre no duda sino que niegues
de que

de querere te casar. [senex inquam]

Meditatus) præmeditatus

Venit) [ad nos]

Alicundē) ex aliqua domo

Ex solo loco) ex solitudine aliqua, ex alio
liquo loco, in quo solus & apud se decreuit
quid facturuseffet, viene de algun lugar solo a con
sejado y apercebido.

Sperat) Putat, existimat,

Se inuenisse) præmeditatum esse,

Orationē) multas rationes in orationē di
gestas, piensa auer hallado alguna grande arenga.

Qua) per quam orationem,

Differat te) diftrahat [ab amore Glycerij]

Por la qual te aparte y quite del amor de Glycerio.

Proin) Proinde, cæterum

Tu) Pamphile

Fac) prouide, effice, Vt) [tu]

Sies apud te) confes animo, nō expaues
scas, sis fortis, nihil dicas quod tibi sit con
trarium, attendas tibi, Por tanto mira bien que seas
firme, y constante, y que tengas rexió. [faciam]

Modō) si modō

Vt possim) queam, modō valeam, modō
id queam præstare aut efficere, Dado que lo pue
da hazer. Dubitantis est animi.

Inquam) Rurfus, [ô]

Pāphile crede mihi) certus sis, mihi fide,
Patrem

Patrem tuum)quòd pater tuus,
 Nunquam)[esse]
 Commutaturum tecum)nunquam com-
 mutabit, aut conferet tecum
 Vnum)solum
 Verbum)hoc est, nunquam habiturū te-
 cum iurgium, aut obiurgaturum te,
 Si)modò Dices)affirmabis,
 Te)[velle]

Ducere) vxorem, *Otra uez te digo. y cree mi
 pamphilo, que tu padre jamas te reñirani te dira una pa-
 labra, si tu dixerdes que te quierdes casar. Si secum al-
 sentias, Si acordares con lo que quiere.*

S C H O L I A.

Reuifere, pro redire vel rursus ire visum,
 aut ad videndum, elegans & Latinum, *Torna
 nar a uer.* Cum tamen Reuidere barbarū sit.
 Reuife nos aliquando, *Torna nos a uer alguna
 uez.* Nam Inuiso simplex est: hoc est, semel
 tantum ire ad videndum significat. Cicero,
 Vt tam inuisas nos, non solum rogo, sed et-
 tiam suadeo. Viso autem in hunc sensum,
 minus est frequēs. Plautus, Vise, specta tuo
 arbitrato, *Mirallo y pon guarda en ello segun tu uolun-
 tad y desseo.* hoc est, attentè contuere. At Pro-
 uiso, significat attentè & cum diligentia eo
 ad videndum. Inuiso enim familiare quiddā
 habet, Prouiso, non nihil herile, aut dominiij.
 Prouisit

Prouisit pater, quid agat filius. Prouisit fi-
 lius, quid agant serui. Id autem si vicibus ite-
 ratis fiat, reuifere est.

Capere consilium, oratorium est: Capta-
 re, comicum. vim enim habet cuiusdam im-
 portunitatis aut celeritatis, quemadmodum
 & Captare occasionem, quod & Arripere di-
 cimus. Voluptatem etiam quandam indicat
 in alijs rebus: vt Captare somnum, auram,
 umbras arborum, fonticulorum amœnita-
 tem, vel auræ suauitatem. Itē etiam Captare
 tempestates, risus, plausus, basia, & huiusmo-
 di. vndē mihi videt hoc potius comicis con-
 cedendum, quàm vt in oratorio sermone fre-
 quētius hac vtamur formula.

Meditatus, is dicitur, qui longa medita-
 tione paratus est ad aliquid faciendum, aut
 dicendum. Meditari autem, est mente pertra-
 ctare aliquid, ac sæpius cogitare. Meditata
 sunt omnia mea incommoda, *Yo he pensado en
 todos mis peligros.* Leuiores sunt, inquit Cicero,
 quæ repentino motu accidunt, quàm ea quæ
 meditata & præparata inferuntur, *No me hazen
 tanto mal las fortunas y desastres que uienen de presto,
 y sin pensar, que los que uienen de antes pensados y ui-
 stos.* Vndē Meditati & parati ad prædam, &
 ad dicendum venire dicuntur, qui prius co-
 gitauerunt quid agere aut dicere debeant. Sic
 Medit

Meditatū homicidiū, Meditatā cædē, aut la-
trocinū dicem⁹, *Muerte o robo hecho, de antes pen-
sado.* Sperat se inuenisse orationē, *Pienſa
de auer hallado alguna platica y arenga.* Sperat se in-
uenisse aliquid, quo me distrahat, *Bien piensa
auer hallado alguna cosa para me retraer.* hoc est, Spe-
rat ex eo quod meminit, aut cogitauit, se id
effecturum. Oratio præter vulgare signi-
ficationem, dicitur quodcumque excogita-
uimus, quodcumque proloquimur, ad ali-
cuius rei persuasionem: Harengam vulgus
nostrum vocat.

Differe aliquem, distrahere & disturbare
ab aliqua re, quasi in aduersam opinionem
ac sententiam ferre, aut trahere. Virgilius
atq; arida differt Nubila. Plautus, Miser ex
animor, feror, differor, distrahor, eripior. Sic
etiam Differri doloribus, dixit Terentius in
Adelphis, pro Disrumpi & enecari, aut in
diuersas partes ferri.

Fac vt sis apud te, Cura vt animus tibi nō
deficiat. Apud se autē esse dicitur, qui cōpos
est mētis aut sui. Qui stat in sentētia ac pro-
posito, nunquā dimouetur, nō perturbatur,
præſenti est animo, & minimè commoto ac
perturbato. Vndē postea ait, Vix sum apud
me, ita animus commotus est metu, A gran
pena esto y en mi, tan turbado esto y de miedo.

Com

Commutant verba inter se, qui iurgijs &
litibus cōtendūt, vt modō vnus, modō alter
loquat, videaturq; cōmutatio quædā loquē-
di ordine. hoc est, Inuicē cōtendere & altera
cari, *Contender entre si.* In Phormione, Tria non
cōmutabitis verba hodie inter vos, *No dureys
oy tres palabras el uno contra el otro.*

ACTVS II. SCENA V.

ARG. Aggreditur Simo Pāphilū, vt eius sententiā ac-
cipiat de nuptijs. Huic colloquio etiā adest Birria, Charini
seruus, sed clā alijs. Dauus gnauiter officio suo fungit: vt
qui strenuē Pāphili animū augeat, dū patri respondet, se nu-
ptias nihil morari. Id verò audiens Birria, hero se renuntia-
turū dicit, ne in cæterum longius eludatur.

BIRRIA, SIMO, DAVVS,
PAMPHILVS.

Herus me relictis rebus, iussit Pamphilum
Hodie obseruare: ut quid ageret de nuptijs,
Scirem. id propterea nunc hunc uenientē sequor.
Ipsū adeo præsto uideo cum Dauo. hoc agam.
S. Vtrumq; adesse uideo. D. hem serua. S. Pamphile.
D. Quasi de improviso respice ad eum. P. hem pater.
D. Probè. S. hodie uxorem ducas, ut dixi, uolo.
B. Nunc nostræ parti timeo, hic quid respondeat.
P. Neque istic, neque alibi usquam tibi erit in me mora.
B. hem.

D. Obmutuit. B. quid dixit? S. facis ut te decet:
Quum istuc quod postulo, impetro cum gratia
D. Sum uerus? B. herus quantum audio, uxore excidit.

S. Idem

S. I iam nunc intrò:ne in mora cum opus sit, fies.
 P. Eo. B. nullàne in re esse homini cuiquam fidem?
 Verum illud uerbum est, uulgò quod dici solet,
 OMNES SIBI melius esse malle, quàm alteri.
 Ego illam uidi uirginem: forma bona
 Memini uidere, quò æquior sum Pamphilo,
 Si se illam in somnis, quàm illum amplecti maluit.
 Renuntiabo: ut pro hoc malo mihi det malum.

CONSTRUCTIO.

Herus) [meus Charinus]
 Iussit me hodie) hodie mihi præcepit,
 Obseruare Pamphilum) ut obseruem, &
 diligenter attendam, quid agat Pamphilus,
 Rebus) [quas agebam]

Relictis) intermissis, Mi amo me mando oy
 que con diligencia mirasse lo que hazia Pamphilo, dexa-
 das las cosas en que yo estaua ocupado. Hoc est, iussit
 id quod agebam relinquere, & attenderem
 Pamphilo.

Vt scirem) intelligerem,
 Quid ageret) faceret, vel quid patri respon-
 deret,

De nuptijs) [istis] quoad nuptias quæ ho-
 die fieri debent, paraque supiese yo que haria, o que
 responderia a su padre sobre estas bodas.

Propterea id) propter id, ob id, vacat, ea,
 vel id. Iego Birria]

Nunc sequor hunc) Pamphilum,
 Venia

Venientem) [huc] Por esto yo figuro y uo-
 tras este Pamphilo que uiene hazia ca. [At]

Adeo) nunc [ego]

Video ipsum) Pamphilum

Præsto) opportune,

Cum Dauo) seruo suo, Y agora lo ueo a buen
 tiempo con Dauo.

Agam) faciam

Hoc) quod iussit herus, yo hare esto. inter-
 rumpitur sermo Birriæ ex aduëtu Simonis.

Video) Conspicio [ego Simo]

Vtrunque) [Pamphilum & Dauum]

Adesse) [hic] præsentem esse, simul collo-
 qui, Yo los ueo entrambos juntos.

Hè) insperatū aliqd vidētis. [ò Pamphile]
 Serua) attende, obserua, vide quid agas,
 Mira lo que hagas, o mira por ti. Admonet eum
 quid agat.

Pamphile) [ex imperio cōuocat filium.]

Respice ad eum) prospice

Quasi de improviso) ac si aliquis ex in-
 sperato te vocaret, ac si nihil tale sperares, Mi-
 ra hazia el como q seas llamado de alguno sin pensar në
 esperar.

Hem) [de improviso respicit]

Pater) [Simo] O mi padre.

Probè) rectè factum, Bien esta, o bien hecho es.

Volo) Cupio, concipio [ut]

Ducas vxorē hodie,) Ut) [iam]

S

Dixi)

Dixi) [tibi,] quemadmodum prius dixeram, Yo quiero q̄ o y te cases, como yo te he dicho antes.

Nunc timeo nostræ parti) [Charino] qui à nostra parte est, Hoc est, Timeo ne malum aliquod responsum det quod nostræ parti noceat, [timeo inquam]

Quid hic) Pamphilus

Respondet) respondebit, quod responsum dabit patri, Agora yo temo de nuestra parte, que es lo que respondera. [pater]

Non erit in me mora tibi) nihil morabor iussa tua, nihil contradicam, non repugnabo, per me non stabit.

Neque istic) in hoc negotio, in hac re, de hac re.

Neque alibi vsquam) neque vnquam in alio loco, neque etiam in vlllo alio negotio, En mi no aura tardança, o no quedara por mi que no se haga ni en este negoçao, ni en otra cosa ninguna.

Hem) timentis.

Obmutuit) [pater tuus.] ademisti ei tua oratione quod iurgari aut cõtendere debuit, No tuuo palabra que dezir

Quid ille) Pamphilus

Dixit) protulit: Que dixi?

Facts) [ô Pamphile]

Quod decet te) quod te conuenit facere, quod iustum est, quod ingenuū & liberale, ac bene

ac bene natum filium decet.

Quum) quando [ego]

Impetro) [à te] exoro, adsequor,

Cum gratia) sine contentione, cum honestate, ac beneuolentia, [id]

Quod postulo) quod à te contendo, quod à te peto, Tu hazes como es razon, y lo que te conuicene hazer, pues que alcanço de ti por tu uoluntad lo que te demando y pido. Quum id lubens facis quod cupio, Quando hazes de uoluntad lo que te demando.

Sum verus?) Nonne verum est quod dicebam? No te dixi lo cierto, y la uerdad? prædixeramne tibi, nunquam tecum commutatum vnū verbū, si quidem ita responderes?

Quantum) In quantum

Ego) Birria

Audto) intelligo [ex Pamphili verbis,]

Herus) [meus Charinus]

Excidit vxore) decedit spe habēdæ Philomenæ, Quanto yo entiendo, mi amo esta bien lexos, o fuera de esperança de la auer por muger.

Iam nunc) Nunc igitur [ô Pamphile]

I intro) Ingredere, i domum,

Ne fies in mora) ne morā facias, differas, ne p te fiet, ne retardes aut remoreris nuptias,

Quum sit opus) quando necesse erit, Pues uete agora alla dentro, porque no nos detardes quando sera menester.

Eo) [intrò] faciã quod iubes pater, *Voyme dentro.*

Nullãne in re) An nulla in re, an aliqua in re [.f. existimandum est adhibendam]

Esse fidẽ cuiquã homini) *Como no es posible que alguno se pueda fiar de alguno en qualquiera cosa que sea? Cum indignatione hoc dicit, Cui fidendum est hodie? De quien se podra oy alguno fiar?*

Illud verbum) proverbium

Quod dici solet vulgò) quod circumferri solet apud vulgum,

Est verum) approbatum ac certum,

Omnes) homines

Malle) potius velle

Esse sibi melius) se melius habere,

Quàm alteri) quàm alterum. Hoc est, Fortunam meliorem quisque sibi potius accipit, quàm vt alterum ea frui ac gaudere sinat, *Loque se suele dezir es bien cierto y uerdadero que cada uno quiere antes el bien para si mesmo que para otro.*

Ego) Birria

Vidi) [aliquando] contemplatus sum

Illam virginem) Philumenam, *Yo vi otra vez a esta donzella.*

Memini) In memoria habeo, subit) [me]

Videre) vidisse [eam]

Bona forma) vultu & facie egregia, *Yo me acuerdo de auer la visto hermosa.*

Quo)

Quo) vnde, [ego]

Sum æquior Pamphilo) æquiorẽ Pamphilo causam tribuo, iustam esse Pamphili rationem existimo.

Si maluit) potius optauit,

Se amplecti illam) Philumenam

In somnis) per noctem,

Quàm illum) Charinum herum meum [amplecti illam in somnis] *Por lo qual yo creo ser la causa de Pamphilo justa, si la quiso mas tener de noche entre sus brazos que no que el otro la tuuiese.*

Renuntiabo) [hero meo id quod factum est.] Vt) [ipse]

Det mihi malum) malè mihi precetur

Pro hoc malo) [nuntio.] *Yo dire todo el caso a mi amo porque por esta mala nueva me maldiga.* *Nesciebat Birria qd decreuissent Dauus & Pãphilus, existimabatque Pamphili responsum de nuptijs, dictum fuisse ex animo: quapropter ad herum accurrit, vt id renuntiet.*

S C H O L I A.

Præstò aduerbium, eam habet significationem, quasi dicas vulgò, *A buen tiempo.* oportune. Præstò eum video, præstò adest, vel præstò est. At qd præstò adest alicui, & oportune, promptus est ad opem ferendam: idcirco factum est, vt etiam Præstò esse

S iij alicui

alicui, pro Auxiliū & opem ferre sumatur; hoc est, Esse præsidio, fauere, aut iuuare. Cicerō, Tu interea scilicet Romæ amicis præstito fuisti: fateor. hoc est, inquit Budæus, forensem operam, vrbanaq; officia præstitisti.

Hem serua, obserua, attende quid dicas aut facias. eam enim vim habet is' sermo, vt diligenter attendere significet: & quod corruptè dicitur, Respicere, vel videre ad se. *Mirar bien y pensar en si o por si.* Sic paulo antè dixit, Herus me infensus seruat, *Mi amo me mira enojado*.

Quasi de improviso respicere ad aliquē, est fingere se prius eum non vidisse, eumq; ex insperato respicere. *Mirar alguno fingiendo que no le auia visto.* De improviso etiam aliquē capere, vel intercipere, *Tomar a sobre salto.* Hoc sonitu de improviso sum experrectus, *Desto sonido desperte a sobre salto.*

Pars alicuius, dicitur id quod ad aliquem attinet: vt Partes suas agere dicantur, qui suo funguntur officio, *Hazer su deuer y officio.* Sed partes suas defendere dicit, qui quod ad se attinet, pro virili tuetur, quasi res diuisa sit in partes, & ipse ab vna stet, aut vnam defendat. atque ita, Partes pro particulari negotio, quod dicitur, sumi poterit. Nostræ parti timeo, Timeo de nostro negotio quid fiet,

fiet, de re nostra, de eo quod ad nos spectat. Nunc est tuarum partium, rem domesticam paulatim augere atque defendere. Tu tuas partes defende, ego meas strenuè tuebor, *Defiende te de tu parte, e yo de la mia.*

Nulla vsquam in me mora fuit, Per me non stetit, *No estuuo en mi, o no se quedo por mi causa.* Hoc est, Ego nunquam remoratus sum negotium. Sic, Mora est per aliquem: hoc est, Aliquis in mora est, quo minus hoc fiat. Ibo: illis dicā, nullam esse in nobis moram, *Yo ire y les dire, que en nosotros no ay tardança alguna.* Mora enim, expectatio est, & temporis dilatio. Vndè In mora esse alicui, pro Impedire, & moram vel impedimentum alicui adferre. statim postea, I iam intro, ne in mora cum opus sit, stes. & Mora nulla, pro nullo impedimento: In me nulla erit mora, *No aura en mi ninguna tardança.*

Nec istic, neq; alibi me mendacē inuenies, *Ni aqui ni en otra cosa alguna me hallaras mentiraso.* Hoc est, Neque in hac re, neque in alia. Neq; istic, neq; alibi vsquam tibi obfui: pro Nunquam: sed maiorē habet efficaciam in dicēdo, Neque istic, neque alibi parentibus molestus fui, *Yo nunca su y ni en esto ni en otra cosa desobediante a mis padres.*

Facis vt decet, &, Facis vt te decet, *Hazes assi*

como a ti pertenesce hazer. Propriè dictum, pro eo quod dicitur, Tu bene facis sic. Lóqueris vt decet. Tu hablas como es menester, o como conuiene. &, Proféqueris vt te decet, Decet enim hanc vim habet, vt quod honestum est, significet: Decet virum bonum æquitas ac iustitia, Hoc est, Honestum est viro bono, vt sit æquus & iustus. Decet ingenuū animum pudor.

Postulare minus est, quàm Rogare: neque enim tantam habet efficaciam: magis autem est quàm Petere, vt videbis ex sequentibus. Nam Petimus sine aliqua prece: Poscimus imperiosè: Postulamus iure: Contendimus maximo animi affectu: Precamur & deprecamur precibus: Rogamus humaniter, & benigno animo: Obsecramus etiam per sacra, & precum enumerationè: Obtestamur, deos in testimoniū ac fidē aduocātes. Itaq; Petere, erit id quod dicimus, *Demandar*. Peto à te, vel si pāteris, oro, inquit Cicero. Vnde Petere, auxiliū, consiliū, gratiā, opē. Postulare autē quod dicimus, *Requerir y pedir*. De amicitia, Neq; vnquā quicquā, nisi honestū & rectū, alter ab altero postulabit, *Ni jamas pedir a el un amigo al otro sino lo que sera justo y honesto*.

Impetrare aliquid cū gratia, est quod postulauimus obtinere, & exorare cū fauore, & be

& beneuolentia, absque eo quod vel precibus vel iurgijs cogatur, *Alcançar de otro con gracia y buena uoluntad facilmente lo que le demandamos, sin contienda ni contradiccion*.

Quemadmodum Excidere spe dicimus eum, cuius spes & expectatio propemodū vana facta est: sic etiam Re expectata excidere dicuntur, qui non fruuntur eo quod expectauerunt: vt si quis speret se ducturū vxorem, & ea excludatur, vxore excidere dicitur: hoc est, Veluti ex alto, sua spe cadere, & defraudari eo, quod maxime sperabat. In hanc formam poteris hoc verbum ad alia cōtorquere: vt Excidere stipendijs dicas eum, qui quæ sibi persuasit stipendia, non adsequitur: & Excidere imperio, regno, magistratu, & huiusmodi.

Verbum, etiam sumptum videbis præter alias significationes, pro prouerbio & vulgari dicto, aut breui aliqua sentētia. In Adelphis, Vetus verbū hoc quidē est. Cōmunia esse amicorum inter se omnia. Sic Plautus, Nunc ego verū illud verbū experior vetus: Aliquid mali esse propter vicinum malum *Vn mal nunca uiene solo*.

Omnes sibi melius esse malunt, quàm aliter: hoc est, ita comparatum est, vt quisque hodie sibi ipsi sit proximus, vt quisque suæ vtilitati

utilitati ac commodo potius inseruat ac studeat, quā proximi aut amicorū, *Cada uno quiere mas su provecho, que el del proximo o de los amigos.*

Bona forma virgo, & Virgō bonæ formæ: hoc est, elegantis: quemadmodum & bono ingenio iuuenis, & iuuenis boni ingenij: utrumque enim dicitur. Bonum enim pro laudabili, & eo quod omnes probant, vel quod approbari dignum est, sumitur. Bonum ingenium narras adolescentis. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est. In delectu, Consules obseruant, ut primus miles sit bono nomine, *Los consules miran, y guardan, quando hazen la muestra que el principal de la guerra sea siempre de buen nombre y fama.*

Aequus sum tibi in hac re, hoc est, In hac re tibi consulo, consentio, & excuso te (quod dicitur) vel sum pro te, *Yo soy de tu parte en esto, yo te excuso.* Ac si iudicium de ea re penes te esset. Aequior sum Pamphilo in hac re, Non minus facerem quàm Pamphilus, in quo magis illi sum æqualis. Aequè fecissem atq; ille, *Yo no ouiera menos hecho.*

In somnis, vel inter somniandum, vel inter somnum: hoc est, Inter dormiendum, vnde hic Amplecti in somnis virginē: hoc est, Per noctem, inquit Donatus: nam inter somniandum, minus rectum esset; quia forma

Virg.

Virgilius somnos pro noctibus accepisse visus est, hoc versu: *Libra dies, somniq; pares vbi fecerit horas.* Hoc est, vbi sub signo libræ erunt æquales noctes & dies, aut erit æquinocetium, vel æquales habebūt horas, noctes & dies. Plaut. Miris modis ludos faciūt hominibus, mirisq; exemplis: omnia in somnis. hoc est, Per noctem, non autem inter somniandum: sed potius, per somnū, vel hora somni. Infomnis autem vno verbo, dicitur is, qui totam noctē non dormiit, vel qui somnum nullum per noctem fecit. Infomnes quoq; noctes ducere, est peruigilare noctem, vel noctes integras. Peruigilem esse vel ludo, vel alea, vel literarum studio, pernoctem vocamus vno verbo. Ludit alea pernox. hoc est, Infomnem noctē ludit alea, Consumpsit noctem. Peruigilauit alea. *Toda la noche jugo a los dados.*

ACTVS II. SCENA VI.

A R G. Remanserat in scena solus Dauus cum Simone, postquam iussu patris Pamphilus introierat. Dauum interrogat Simo de filio, ut saltem à seruo consilium de nuptiis acciperet, quando ab hero minus id scire se potuisse visus esset. Perbellè simulat Dauus heri consilium, eius tristitiam eo argumento ac fallacia regens, quod nimium partem sumptum fieri doleret.

DAVVS. SIMO.

HIC nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare, & ea me hic restituisse gratis.

S. Quid

S. Quid Dausus narrat? Da. æquè quicquam nunc quidem.

S. Nihilne? hem. D. nihil prorsus. S. atqui expectabam quidem.

D. Præter spem euēnit sentio: hoc male habet uirum.

S. Potin' es mihi uerum dicere? D. Nihil facilius.

S. Num illi molestæ quippiam hæc sunt nuptiæ.

Propter hospitæ huiusce consuetudinem?

D. Nihil Hercle: aut si adeo bidui aut tridui est

Hæc sollicitudo: nosin' deinde desinet.

Etenim eam secum rem recta reputabit uis.

S. Laudo. D. dum licitum est ei, dumq; ætas tulit,

Amavit, tum id clam cauit, ne unquam infamie

Ea res sibi esset, ut uirum fortem decet.

Nunc uxore opus est: animum ad uxorem appulit.

S. Subtristis uisus est esse aliquantulum mihi.

D. Nihil propter hanc rem: sed est quod tibi succenseat.

S. Quidnam est? D. puerile est. S. quid est? D. nihil. S. quin dic quid est.

D. Ait nimium parce facere sumptum. S. mēne? D. te.

Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem.

Num filio uidetur uxorem dare?

Quem, inquit, uocabo ad coenam meorum æqualium

Potissimum nunc? et quod dicendum hic fiet,

Tu quoq; perparce nimium non laudo. S. tace.

D. Commouit. S. ego, si hæc rectè ut fiant, uidero.

Quidnam hoc rei est? quidnam hic uult ueterator sibi?

Nam si hic mali est quicq;, hem illic est huic rei caput.

Construa

CONSTRUCTIO.

Hic) [senex]

Nunc) [dum me uidet solum restitisse]

Credit) putat, existimat

Me) Dauum Portare) adferre

Sibi aliquā fallaciā) meditatū esse ali-

quam fraudem, quam nunc proferam in me-

dium, Pensa bien agora que yo le traygo algun en-

gano. Et) [credit]

Me restitisse hic) solum remansisse [cum

Pamphilus intro abierit, neque ego secutus

sim eum] Ea gratia) eam ob rem,

ob id præcipue, ut aliquam fallaciā recen-

seam, Y que yo aya quedado aqui por esta causa.

Quid narrat) Refert

Dausus) [de his nuptijs?] Que dixit Dausus?

blandius alloquitur.

Nunc quidem) Nunc sanè

Quicquam) nihil Aequè) [ac pri-

us dictū est] hoc est, certe nihil aliud q̄ quod

prius audisti, Ninguna otra cosa que la que as oydo.

Hem nihilne) [aliud narras?] nihilne tibi

uidetur aliud dixisse? aut nihilne aliud mihi

dicturus es? nam quia restiterat Dausus, exis-

timabat Simo, eū ob id restitisse, ut aliquid

diceret. No dices tu otra cosa?

Nihil prorsus) fest mihi quod dicam] Nim

guna otra cosa.

Atqui

Atqui) Sed Quidem) certe
Expectabam) sperabam, existimabam [te
aliquid dicturum] *Pues yo esperaba, que auias de
dezir algo.* Euenit) Accidit illi

Præter spem) aliter, vel contra, quæ speras
bat senex, Sentio) Intelligo, percipio,
[atq;] Hoc [quod videt me nihil aliud
velle sibi respondere, cū id maxime speras
ret] Male habet) afficit, torquet.

Virum) [ipsum Simonem] *De otra mane-
rale aconesio que lo que esperaba bien lo siento, y esto
le atormenta, o es molesto.*

Potin' es) Potestne, visne

Dicere mihi verum?) verum mihi prolo
qui [de his quæ te interrogabo?] *No me podras
dezir una uerdad?* Nihil) est mihi

Facilius) [quàm vt verum dicā] hoc est,
cur non? quid obstabit? *No ay cosa mas facil.*

Num) Nunquid, an non

Hæ nuptiæ) quas hodie molior,

Sunt quippiam) aliquantulum

Molestæ) odiosæ Illi) Pamphilo,

Propter consuetudinem) ob contuberni
um, conuersationem.

Huiusce hospitæ) peregrinæ, Glyceri?)
*Estas bodas no le son un poco molestas, por la conuersa-
cion desta estrangera.* Hercle) Certe

Nihil) [molestæ sunt ei ob id nuptiæ]

Aut)

Aut) vel Si adeo) aliquantulum mo-
lestæ sunt illi, Hæc sollicitudo) ea per-
turbatio, molestia, Est) [tantum]

Bidui) duorum dierum.

Aut tridui) trium [ad summum] dierum,
*No ciertamente, o si tiene alguna molestia, es por dos
otres dias.* Nostin'?) intelligisne? nun-
quit hoc capis? nonne hoc nosti, sæpe v su-
uenite amatoribus? *Entiendes? o bien entiendes que
cosa sea esto.*

Deinde) Postea, post biduum aut tridui,

Definet) [mœstus esse, aut molestiã habe-
re] *Despues dexara de estar triste y no se le acordara
mas.* Etenim) Nam [ipse Pamphilus]

Reputauit) retractauit

Eam rem) consuetudinem hospitæ.

Recta via) recto consilio, meliore via. Por
que ha pensado la cosa por buena razon.

Laudo) filij ingeniu, bonu animu Pãphi-
li) Approbo id quod agit, Esto alabo yo.

Dum licitū est) licet, permittitur [per te]

Illi) Pamphilo, quãdiu permisisti illi, vt
amaret, Dumq; & quamdiu

Ætas) iuuenilis, constantior

Tulit) pertulit, passa est, dum esset ætas
immatura nuptijs.

Amavit) appulit animum ad amorem, En
tanto que le fue licito amar, y que la edad lo permitio,

amo

amo, o sue amator y enamorado. [&]

Tum) per id tempus Id) factum est
ab eo Clam) [te]

Cauit) Adhibuit operam,

Ne vnquam) ne aliquando

Ea res) amor Effet infamiæ sibi) est
set sibi dedecori, pàreret sibi infamiam & de
decus. Vt) quemadmodum

Decet) conuenit [facere]

Virum fortem) virtute præditum, con-
stantem, boni animi, Y aquello fue hecho secreta-
mente guardose que aquello no le fueffe en deshonor y
que por ello no ouiesse de auer infamia, como un hombre
honesto deue hazer.

Nunc opus est) [illi]

Vxore) opus est vt nubat, tempus est vt
vxorem ducat. Appulit) Adduxit

Animum) ingenium, voluntatem.

Ad vxorem) vxori ducendæ, Al presente es
tiempo que se case, tiene voluntad de hazerlo. [Ipse
Pamphilus] Visus est mihi) [haud ita
pridem] apparuit mihi,

Esse aliquantulum subtristis) paululum
submœstus, Parefcione antes un poquito triste.

Nihil) [erat subtriste]

Propter hanc rem) quam putas. hoc est, non
hoc fuit propter nuptias.

Sed est) [aliud aliquid] [propter]

Quod

Quod) quamobrem

Succenseat) irascatur

Tibi) [Simoni] No era por esto, mas ay otra co-
sa, porque este contigo enojado.

Quidnã est) Quid illud est? Que es ello?

Est puerile) Res puerilis, Es cosa de mocha-
chos, o niñeria.

Quid est?) Que es? Nihil) Nada.

Quin) Sed, imò verò

Dic quid est) Mas antes dime lo que es?

Ait) Dicit [te]

Facere sumptum) impensam nuptiarum

Nimium parcè) nimis arctè, tenuiter, Di-
ze que hazes poco gasto.

Ne) An Me) [dicit facere sumptum
nimium parcè?] Quien yo?

Te) [in] imò verò de te ait, si tu.

Vix) ægre Obsonatus est decē drach-
mis) A gran pena ha comprado uienda por dies drag-
mas. Inquit) ait,

Num) Nunquid [inquit Pamphilus]

Videtur) pater meus

Dare vxorè filio suo?) An videbitur pa-
ter meus dare mihi vxorem? Dize el, por uen-
tura parefce que mi padre da muger a su hijo.

Inquit) ait [rursus]

Quem meorum æqualium) ex meis so-
cijs & coæuis, aut contubernalibus.

T

Voca

Vocabo ad cœnam) inuitabo ad nupti-
as. *A quales de mis iguales, y compañeros dize combi-
dare a las bodas.*

Potissimum (præsertim

Nunc!) *Mayormente agora.*

Et quod fiet dicendū) & [certe] si hoc tibi
dicendū est, aut dicere debeo, per modū dicen-
di, Tu quoque) tu etiam [facis]

Nimium perparcè, nimium strictè & fru-
galiter [ego id]

Non laudo) nō approbo, *Y en la uerdad si se
puede dezir lo q̄es, muy escasamente lo hazes, no lo loo.*

Tace nihil ultra admonueris, sat habeo,
Calla te, no digas mas desto. [ego]

Commouit) mutauit [eum] *Toquete, o dile en
lo uiuo, apud se, non audiente sene, hoc dicit
Dauus. Ego) Simo*

Videro) videbo, prouidebo, curabo,

Vt isthæc) quæ dicis nimis parcè fieri,
Fiant rectè) honestè procedant, *Yo ordenare que
estas cosas se hagan bien y honestamente.*

Quidnam est rei hoc?) [quod succenset?]
Quãobrem succenset? Quid hoc sibi vult?

Quidnã sibi vult hic veterator?) callidus?
Que significa esto? que me quiere dezir este engañador?

Nam) Etenim

Si quicquam est mali) damni, incōmodi
Hic) in hac re [quam mihi retulit Dauus
de Pamphilo]

de Pamphilo] si dolus aliquis subest verbis
Dau. Hem) indignantis

Caput) author, summa

Huc rei) huius fraudis

Est illic) est in Dauo, *Porque sin duda, si ay al-
gun mal y engaño, en el es causa de todo.*

S C H O L I A.

Quod corruptè remanere dicitur, vt ille
remanfit in gymnasio: elegantius dicas, Re-
stitit. Cic. post aduentum Var. in Africa re-
stitit. Restitit Parisijs, ego Romam profes-
sus sum, *Quedose en Paris, yo me fuy a Roma.*
Cicero, Ad Catilinam accipiendum Romæ
restiterunt, *Quedaran se a Roma para recibir a Ca-
tilina.* Omnino Remanere, in hoc sensu, æ-
què Latinum non est.

Gratia pro causa sumitur, sed paulò an-
tiquius, tamen non inuenustum est. Ea gra-
tia hic restiti, vt opem tibi feram, *Yo soy a-
qui quedado por te dar ajuda.* Id ea gratia simus
laui, vos vt pertentarem, *Yo fingi esso por ten-
taros.* Vndè Alicuius gratia, & in gratiam
alicuius aliquid facere, hoc est, Alicuius
causa, vel in alicuius fauorem, *Por amor de
alguno.*

Præter spem, præter sententiam, præter
opratum, aut opinionem accidisse, euenisse,
& obtigisse aliquid dicitur, quod longè

mos tulit. Hoc fert consuetudo. hoc est, licet per consuetudinem & morem.

Res hæc est mihi infamiæ, dedecori, pro bro, turpitudini. hoc est, vertitur mihi vitio, vel parit mihi infamiam aut dedecus. *Esta cosa me haze infame, o se me cuenta a deshonra.* Sic Res hæc est tibi summo honori, summæ virtuti, *Esta cosa te haze honrra.* Infamia autem probrū est, quod ex turpitudinis nota alicui accidit. Nihil ad tuas aures de tua infamia peruenit, inquit Cicero. *De tu infamia no ha allegado nada a tus oydos.* hoc est, Non audisti quàm infamis sis apud omnes, quàm te infamē tua scelera faciant. Nam is propriè infamis dicitur, qui vel propter scelerū probra, vel propter improborum aut sceleratorum consuetudinem, bonam famam amittit, & male audit apud omnes. Faciunt enim scelerati, infames eos iuvenes, qui prius ingenui habebantur. hoc est, vel eos suis sceleribus inquinant, vel propter sua scelera faciunt, vt bonam famam amittant. Cicero, Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames suis stupris flagitijsq; fecisti, Sic non patiar flagitijs tuis me infamē fieri, *No sufrire que por tus uellaquieras me hagas perder mi buena fama.* Hinc facile intelligis, quàm ineptè & corruptè loquantur, qui dum

dum volunt innuere, se delaturos aliquem noxiū apud præceptorem, dicunt, Ego te faciam infamem: pro, Ego te deferam apud præceptorem: cum alios faciant infames, qui scelerati sunt, & socios suis vitijs inquinant. Ita quoq; Ipse fecit me infamem: pro, Ipse me detulit apud præceptorem. Vide quæso, quàm insulsum & inelegans: cum vitia nos infames faciant. Vndè Cicero pro Cecinna, vocat homines omnibus vitijs atque omni dedecore infames.

Qua ratione fortitudo est constantia, & robur animi in periculis sustinendis: ita etiam Fortes animo, vel Fortes absolutè dicuntur, quibus est infractus & indefessus animus, qui magno sunt animo aduersus fortunas omnes. Hinc est, quod ait Cicero in Tusculanis suis, Fortes fortunam adiuuare. Tu ne cede malis (inquit Poeta) sed contra audentior ito, atq; illud demū est, fortem esse. Est (inquit Cicero in Philipp.) fortitum virorum, virtute præstare tantum, vt possint fortunæ culpam non extimescere. Fortitudo itaq; erit ex eodem, considerata periculorum susceptio & laborum perpeffio. Nam ea inconsiderata si fuerit, Temeritas dicitur, quæ nunquam cū sapientia commiscetur. Audaces quoq; non fortes dicuntur, qui

T liij nullo

nullo adhibito cōsilio, pericula aggrediunt̄.

Subtristes sunt, quibus paululū tristis, vel interdum mœstus apparet vultus, qui tristitiæ non nihil vultu præ se ferunt, *Vn poco tristes.* quemadmodū dixit Cicero Subturpia, quæ ridiculi ac turpitudinis habent nescio quid: & Subuiride quoq; dicitur, quod non omnino viride est, sed parum viride. Addit autem vehementiæ maioris gratia Terentius Aliquantulum.

Est quod tibi succenseat, Est quod te alloquatur, Est quod tecum communicet, venustius dictum, quàm quod dicitur corruptè, Iratus est contra te propter aliquam rem. Habet aliquid ad te dicendum tibi, vel tibi dicere. Quid habet Petrus? quid rei est? Nā is visus est mihi hodie aliquantum subtristis. Est quod præceptorī succenseat! *A y alguna cosa por la qual este enojado cō el preceptor o maestro.* Puerile est, *Es poca cosa, o de mochachos.*

Puerilia, dicuntur parua aut parui momenti: vt pueriles iræ, pueriles nœniæ, *Es cosa necia, loca, y uana.* quia parua sunt quæ pueris proponuntur. Interdum autem puerile, vanum dicitur, quum præsertim ad sermonem transfertur: quod quæ pueri loquunt̄, ea vana sint, & inconsultè ac leuiter plerumque dicta. Istiusmodi res, inquit Cic. dicere ornate

ornate velle, puerile est. hoc est, vanum & ineptum. *Es locura o necedad.*

Facere sumptū, Insumere pecunias, Expendere vel pro re domestica, vel pro mercimonijs, aut conuiuijs, *Hazer gasto.* Sumptum faciat oportet, qui querit lucrū, inquit Plautus. *Es menester que haga gasto, quien quiere ganar, o auer ganancia.* Sumptus enim id dicitur, quod quotidie expendimus & insumimus, vnde Sumptus exiguus, *Poco gasto.* cui contrarium, Effusus sumptus, *Grande gasto.* Vnde etiam Sumptuosus, qui magnos sumptus facit: & Sumptuosa cœna, Sumptuosum conuiuiū, quod magno sumptu fit. Facere enim sumptum, ad hoc mirè proprium est. Cicero, Teruntium nego sumptum factum, *Yo no he gastado un dinero.* Nullus teruntius, me obtinente prouinciam, sumptus factus est. Hinc etiam Parcè facere sumptum, pro Exiguos sumptus facere, & Sumptui parcere dicimus, *Gastar poco, o hazer la cosa escassamente.* Quemadmodum & Parcè viuere, & Parcè ac modicè, vel Modico cœnare dicimus: hoc est, vili, vel vilitè. *Cenar con poco gasto, o escassamente.*

Obsonatus, pro obsonatiōe, & obsonio, comicè sumitur. Dedi hodie quinq; argenti defferi minas, præterea vnam in obsonatiū: ea forma dictum, qua & cōuiuiū & epulum, pro so-

pro solenniore cibo. Quemadmodum enim Epulum dicitur lautius & delicatius quoddam ac splendidius conuiuium: (vnde Epulatio & Epulones) ita etiam Obsonatus appellatur epulatio quaedam lauta, quæ præter morē, nõ vsque adeo tamē inconsueta fit, veluti in nuptijs & priuatis cõiuuijs. Ab eo quod in obsonijs præter elixas carnes, etiam quæ igni paratæ essent, adponebantur. Vnde Obsonium puto id significare, quod dicimus, *Toda uianda fuera del pan*. Nam Obsonium dicitur, quodcumq; vltra panem & vinum, maximè igne paratum, adiicitur in cœnis & cõiuuijs. Opson enim appellabant Græci, quodcumq; igne parabatur. Hic paululum obsoni, *Poco uianda que con el pan se coma*. Dat coquos cū obsonio, inquit Plautus, *Pone de su parte los cozine ros y la uianda que se coma con el pan*. Obsonatus igitur, siue obsonatio, minus quiddam erit, q̄ epulū: & quomodo Epulū ad triūphos & funera, ac dedicatiōes tēplorū spectabat apud antiquos, ita etiā Obsoniū ad nuptias pertinebat, & quicquid nuptiarū erat. Præter ea si quid fieri solebat, conuiuij nomine significabatur. Itaq; vt ad nostrā consuetudinem loquēdi ea vocabula reducamus, Epulū id erit, qd̄ nos vocam⁹ vulgō, *El combite*. Itali, *Pastij* vocant sua lingua. Iouis epulū fuit, ludorū causa.

causa. Obsonatus vel obsonatio, *La fiesta, las bodas*. Conuiuium, *El combite o banquet*. Vix inquit, drachmīs obsonatus est decem, ironicè dictum, *A gran pena dixe el es fiesta de ue ynte sueldos, o a penas gasto ue ynte sueldos*. Non quod hoc loco Obsonatus, id non significet quod supra diximus, sed rem minuit ad pretiū. Drachma enim, octaua pars vnciæ est, quæ sex obolos pēdebat. Obolus autē (vt iam prius dictū est) valebat nostrū semissē & denariolū: hoc est, septē turonicos. Itaq; Drachma valebit tres ex assibus nostris, & præterea semissē. Decē igitur drachmæ erūt viginti asses.

Aequales, dicuntur cœui, aut saltem magnitudine parcs, sed perrarō: Pares vulgō dicimus. Vnde illud corruptum, *Si tu esses par meus, si tu fueres mi igual*. Si meus æqualis esses, ego colluctarer. Aequæuos poetæ dicūt, Cœuos etiam oratores. Sed Aequalis hoc loco pro Consocijs & comitibus in amore sumitur, & iuuenilibus annis.

Perparcē facis sumptum, & nimium parcē, *Muy escassamente*. Nimium frugaliter. Quanquam Frugaliter, sobriè & modè destē significat: tamen etiam Parcē in hunc sensum sumitur, & loquitur seruus pro dignitate: alioqui dixisset, *Sordidè & exiguè*. Vides quam habeat vetustatem, Per,
in com

In compositione sic Perraro, Persæpe, & huiusmodi. Addit autem Nimum Terentius ad emphasim, quemadmodum supra dixerat, Aliquantulum subtristis.

Commouit hominem, *Mouele, toquele, piquele.* Nam Excitare, & animum mouere significat ad aliquid agendum. vnde Commouere iudices, & Commouere senatum cōmemoratio voluntatis alicuius, *Comouer, e incitar.* Alioqui in malum frequētius sumitur. hinc Commoti, perturbati dicuntur.

Videro vt hæc rectè fiât, Curabo vt hæc fiant diligenter, *Yo mirar, procurar, pondre diligencia.* Vis est in verbo Videro, quod curare, & attentè operam dare significat. Quo modo hoc dicat, postea videro (inqt Cicero) & Videro hoc posterius: De aratorum animo & iniurijs videro. Vnde Plautus ait, Videbitur: quemadmodum superius dixit Terentius, Curabitur, *Poner se ha diligencia, y tener se ha eu ydado.* Vides me amantem egere. Videbitur, *Prouer se ha.*

Veterator, à multarum rerum gerendarum vetustate dictus, ad omnes res traducitur, vt veteratores in militia dicantur, militiæ plurimum assueti, & omnes prælij astus multum callentes. Sic in alijs artibus, vt re oratoria, literis, & huiusmodi. Cicero, In priuatis

uatis causis veterator videbatur, *En las causas particulares me parecia cauteloso y astuto.* Veterator etiam ad mentiendi & calliditatis artem translatum, is est què vocamus, *Acostumbrado de enganar, fingir, y mentir.* & quodam modo senex ac vetus, in omnibus versutis plurimùm exercitatus. Quid sibi vult hic veterator? *Que quiere dezir este enganador?*

Caput rei alicuius, p̄ auctore, & què capitaneum vocamus, sumit. Idè sensit quod ego, te esse huic rei caput, *La mesma opinion tiene que yo que tu eres la cabeça, y causa de todo esto.* Tu hodie fuisti coniurationis huius caput, *Tu fueste oy toda la causa desta cõspiracion o dissension.* & Huic coniurationi etiam dici potest.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. Redit Mysis, obstetricem secum adducens: cum qua dum confabulatur in via, de fide Pamphili erga Glycerium, hoc subaudit Simo. cui quid respõdeat Dauus non habet. Audit præterea Simo parientem Glycerium, id scilicet ridiculum & confictum iudicans: denique cum à Dauo nihil aliud comperire potest, apud se deliberat, quid tandem in hac re sit factururus.

MYSIS, SIMO, DAUUS, LESBIA
obstrix. GLICERIVM
meretrix.

ITA pol quidem res est, ut dixi, Lesbia:
Fidelem haud sermè mulieri inuenias virum.
S. Ab Andria est ancilla hæc. quid narras? D. ita est.
Ta. Sed hic Pamphilus S. quid dicit? M. firmavit fidem.
S. hem.

S. hem.

D. Vitinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.
 M. Nam quod peperisset, iussit tolli. S. ô Iuppiter,
 Quid ego audio? actum est, si quidem hæc uera prædicat.
 L. Bonum ingenium narras adolescentis. M. optimum.
 Sed sequere me intrò, ne in mora illi sis. L. sequor.
 D. Quod remediũ nunc huic malo inueniam? S. quid hoc?
 Adeone est demens ex peregrina? Iam scio, ab
 Vix tandem sensi stolidus. D. quid hic sensisse se ait?
 S. Hæc primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia.
 Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.
 G. Iuno Lucina ser opem: serua me obsecro.
 S. Hui, tam cito? ridiculum. postquam ante ostium
 Me audiuit stare, appropinquat, non sat commodè
 Diuisa sunt temporibus tibi Dauæ hæc. D. mihi?
 S. Num immemor es discipuli? D. ego, quid narres, nescio.
 S. Hic me si imparatum in ueris nuptijs
 Adortus esset, quos mihi ludos redderet?
 Nunc huius periculo fit: ego IN PORTU NAVIGO.

CONSTRUCTIO.

O Lesbia) obfretrix

Quidem) equidem

Pol) per Pollucem. Res est ita) sic

Vt dixi) quemadmodum [mihi.] recen-
 suisti, Por cierto Lesbia, ansí es como me dixiste, o como me decías. Dependent hæc à prioribus
 quibusdam, quæ subintelligit comicus, Mys-
 sidem cum Lesbia confabulatam fuisse in
 via,

via, priusquã ad ædes Glycerij peruenirent.
 Haud fermè inuenias) Nunq̃ fermè repe-
 rias. Virum) [aliquem,]

Fidelem) qui fidẽ seruet, fidei seruatorẽ,
 Mulier) A gran pena se hallara un hombre ser fiel
 a una muger. hoc est, pauci sunt q̃ pmissa mulie-
 ribus expleat, q̃ præstet qd̃ quotidie pmittit.

Hæc antilla) Mysis, quæ loquitur,

Est ab Andria) pertinet ad Glyceriũ: est
 ancilla, vel est de domo mulierculæ illi? An-
 driæ, quæ in nostra est vicinia, [ô Dauæ]

Quid narras) [de hac ancilla?] quid tibi de
 hac videtur? Esta criada es de casa de Andria, que te
 parece della. Subaudit Simo confabulantem
 Mysidem cum Lesbia inter eundem aut in-
 grediendum domum Andriæ: atq̃ ob id in-
 terrogat Dauum, quid de hac censeat.

Est ita) [vt putas,] rectè iudicas, Ansí es.

Sed) verum

Hic Pamphilus) Simonis filius [ob cuius
 factum ego te accerso,] Mas este Pamphilo.

Quid ait) [hæc ancilla?] Que dize? Interrũ-
 pit Simo sermonem, vixq̃ potest expectare
 quod superest, dum audit filij nomen.

Firmauit) dedit

Fidem) iuramento se pollicitus est præ-
 staturum quod promissit, perstat in fide sua,
 seruat fidẽ. Ha dado su fe, o guarda y tiene lo q̃ prometio.

Hem

Hem) admirantis, & Verba accipiētis, Ay.
Vtinam)

Aut hic) Simo [factus sit]

Surdus) Aut hæc) ancilla

Facta sit muta) *pluguiese a dios que este fueße fordo, o que esta criada fueße muda. Vtinam senex hæc nunquam audisset, neque ancilla de his vnquam habuisset sermonem, quæ attinent ad Pamphilum. [ille Pamphilus]*

Iussit) præcepit

Tolli) suscipi [nomine suo,] [id]

Quod) Glycerion

Peperisset) quicquid emitteret in partu,
Mando que tomassen, o criassen en su nombre lo que pariría. Siue id masculus fuisset, siue puellula.

O Iuppiter) maximum iuramentum apud antiquos.

Quid ego audio?) quid hæc narrat?

Actum est) [de re nostra, de nuptijs]

Si quidem) si certè, si pro certo

Hæc) ancilla

Prædicat vera) quod verum est narrat, O dios, que es lo que oyo, hecho es de nuestras bodas, si es así, como esta dize. [tu Musis]

Narras) [mihi,] refers mihi,

Bonum ingenium) bonam indolem,

Adolescentis) Pamphili, Tu me cuentas una buena condicion y naturaleza del mancebo. Respōdet ad id

ad id quod prius dixerat Myfis de Pāphilo.
Optimum) Sequere me intrò) In-

gredere mecum) [ego præcedam,]

Ne sis in mora illis) [multeribus quæ sunt intus] ne te diutius expectent, ne morā tuam culpent, Muy buena, mas sigue me aca dentro porque no les hagas mucho esperar. [ego Lesbia]

Sequor) Yo te sigo. Iam ingrediuntur domum, & faciunt negotiū parturienti Glycerio. Nunc) [ego Dauus]

Quod remedium inueniam) inuenire poterō, quomodo ego obstitam, medebor, remedium adhibebo.

Huic malo) periculo! Agora que remedio poder hallar a este peligro. Nempe cum rescuerit senex de Glycerio, apud se loquitur.

Quid hoc?)

Ne) An [filius meus]

Est adeò demens) captus mente

Ex peregrina) hac hospita Andria, Glycerio? Como eso? mi hijo esta tan alocado con esta estrangera. Secum paulisper cogitat.

Iam) Nunc [vbi cogitavi,]

Scio) rem omnem intelligo, conijcio, Agora se bien que cosa es.

Ah) dolentis.

Vix tandem) vix demum [ego]

Stolidus) imprudens

V

Sensit)

Senſi)percepi, cognoui, capere potui [rē
omnē] *A gran pena a un lo ſenti, y he caydo en ello.*

Quid) Quidnam est [id, quod]

Hic) ſenex Ait) refert, dicit
Se ſenſiſſe!) percepiſſe! intellexiſſe! *Que es lo que dize que ha ſabido o caydo en ello?*

Iam primū) Nunc primū, nunc iam

Hæc fallacia) de parturiente Glycerio

Adfertur mihi) proponitur mihi

Ab hoc) [Dauro,] *Agora me ha hallado en eſte engaño. [nempe]*

Simulant) fingunt [iſtæ mulierculæ,]

Hæc) [Glyceriū] Pārere) q̄ hæc pariat,

Quo) vt Abſterreant) timorē incuſtiant, in timorem reducant, terrorē faciant,

Chremetem) Chremeti, *Fingen, y hazen ſemblante, que eſta pare porque pongan miedo a Chremes. [Ne det filiam ſuam meo gnato.]*

Iuno) dea

Lucina) quæ partus in lucem edis,

Per opem) opitulare, adſis [mihi Glycerio plurimum laboranti,] Obſecro)

Serua me) [ne in partu moriar] *O iuno que ſacés a luz los niños y criaturas, ſei me agora ayudadora, yo te ruego guarda me. In ædibus hoc magno clamore exclamat Glyceriū, quaſi parturiens, & doloribus agitata.*

Hui) irridentis,

Tam

Tam cito) adeò celeriter! Potèſtne tam cito parturire!

Ridiculum) [hoc eſt] confictum, vanum, & minimè credendum. *O, o, tam preſto, es locur, y coſa de riſo.*

Approperat) accelerat *Dauro ſuam fallaciam mihi obtrudere, vel accelerat illa Glycerium ſuum partum,*

Postquàm) poſtequàm [illa]

Audiuit) intellexit,

Me) [Simonē] Stare ante oſtium) eſſe in oſtio, in veſtibus. *El negocio ua de priſeſa, deſpues que entendio que yo eſtaua a la puerta.*

O Dauro) ſerue

Hæc) [quæ moliris]

Non ſunt tibi) à te Sat) ſatis

Diuiſa) digeſta, compoſita, ac diſtributa

Temporibus) ſecundum opportunitatem temporis, per tempora, *O Dauro las coſas no ſon bien diſtribuydas de ti ſegun el tiempo.*

Mihin?) an à me? cur à me dicis non fuiſſe hæc ſatis rectè diuiſa? *Que de mi?*

Num) nunquid, an [tu Dauro]

Es immemor) non recordaris

Discipuli) [tui Pamphili?] *No te acuerdas mas de tu diſapulo. Cur ita relinquis diſcipulum tuum, conſilijs & omni ope deſtitutum?*

V ij

Ego

Ego nescio)ignoro
 Quid narres)quid dicas, *Yo no se lo que dizes.*
 Hiccinē) [nunquid creditis quod] si hic,
 aut [credite] si hic [Dauus,]
 Adort⁹ esset)aggressus esset [suis fallacijs]
 Me)Simonem,

Imparatum)ex improviso, non præmes-
 ditatum, inconsultum

In veris nuptijs) quas ego molior de fi-
 lio, hoc est, Putatisne si potuisset Dauus ef-
 ficere, vt hæ veræ non essent nuptiæ.

Quos redderet ludos) quas faceret, aut
 commoueret tragedias, fabulas, ineptias
 [nunc]

Mihi!) [Simoni] *Creed, si este me ouiesse toma-
 do de saperebido en las uerdaderas bodas, que juegos y
 burlas me hiziera.* [at]

Nunc) [quicquid fit,] [id]

Fit) fiet

Periculo huius) in suum damnũ, suo ma-
 gno malo, *Mas agora a su peligro y daño.* [nam]

Ego [Simo]

Nauigo in portu.) in hac re sum tutus. ni-
 hil mihi ex hac re periculi accidere potest:
 quemadmodum neque ijs qui in portu na-
 uigant. *Porque yo esto y seguro.*

SCHOLIA.

Ira res est vt dixit, Corrupte, Ipse dixit
 veritatẽ

veritatem, *Dize la uerdad, anfi es como conto.* Est
 ita vt dicitur, inqt Cic. *Anfi es como se dize.* Ais
 venturum regem intra biduum! Ita res est.
 Sic est. Eadem quoq; ratione dicitur Ita est,
 pro sic est: dum aliquid affirmamus. Nam
 Ita solum in responsione nullam habet gra-
 tiam. Ab Andria est ancilla hæc. Ita est. sic,
 Non ita est: pro Minimè verò. Ex ea re quid
 fiat, vide. Vt ab illa excludar, hac concludar.
 Non ita est.

Fidelis dicitur, & qui fidem seruat, & cui
 fidem de quauis re adhibemus, *Leal, y fiel.* Vt
 Fideli amico, probo ac fido committere bo-
 na. vndè Fidelis seruus, & Fidelẽ se hero suo
 facere. sic, Fideles in amicitijs vocauit Cice-
 ro, qui nõ fictè, sed animo sincero diligunt.
 Itẽ, Fideli & benigno esse animo in aliquẽ,
Ser a cerca de alguno leal y bueno. & Fidelem ope-
 ram alicui dare. hoc est, fideli & benigno ani-
 mo obsequi, *Obedescer, hazer seruicio con bueno y
 leal coraçon.* Vndè Fideles officijs vocauit Ci-
 cero, qui fideli obsequuntur animo.

Haud fermè inuenias. Cicero dixit, Haud
 facilè. vtrunque autem idem est: sed postre-
 mum v'sitatius. Sine pennis volare haud fa-
 cilè est, *No es cosa facil y ligera, uolar sin alas.*

Quintilianus dixit, Haud temerè, pro Haud
 fermè, libro 1. cum de præconibus ingenijs

V ij loquitur

loquitur, Quæ haud temerè vnquã, inquit, perueniunt ad frugem.

Ab illo est, pro ab eius domo, vel familia est, eleganter. *Es de la casa de aquel.* Quis hic est seruus? Ab Antonio est. *Es de Antonio, o de casa de Antonio.* Sic A Petro est.

Firmare fidem puellæ dicitur iuuenis, cū eam se suscepturum in vxorem, vel quicquid pepererit accepturum pollicetur, *Prometer de guardar se y lealdad.* hoc est, Datam fidem firmare constanter, & firmo animo promittere se pollicitis non recessurum. Ea ratione, Firmare fidē, dixit Terentius, qua Plautus, Firmam fidem: & Firmam constantemq; assensionem, dixit Cicero. Firmas quoq; nuptias, dixit Terentius in Hecyra, quæ mutari facile non possunt. Obstringere fidē, magnā etiam vim habet in hunc sensum, & Astringere, quo priore vsus est Plinius: posteriore Terentius in Eunucho.

Actum est, si quidem hæc vera prædicat, *Hecho es, si es así como ella dice.* in re desperata, Id si fiat, actum est. In ea re dicitur, cuius lata est sententia; quam postea repetere apud iudices, lege cautum erat apud antiquos. *Era uedado por ley.* Si res inueterauit, actum est, inquit Cicero, *si la cosa se en uejecio, hecho es.* Sic, Actum est de aliquo, in malum sensum, pro Perijt,

Perijt, vel lata est de illo sententia, *Hecho es, o esta despachado y perdido.* Cicero, Cum illis ipsis diebus, de me actum iri putaretur.

Si quidem, pro Si sic est, vel si ita est, magnam vim habet in loquendo. Dabo operam huic rei: si quidem à fide non discedas, *Yo lo hare en tanto que tu me guardes tu fe y promessa.*

Prædicare, palàm est aliquid efferre, vel enunciare: maiorēq; habet efficaciam, q̄ Dicere, ob id maximè, quòd publicā vocem exprimit. vnde Præcones propriè prædicare dicebantur antiquis. De quo homine, inquit, Cicero, præconis vox prædicat, & pretium conficit. Alludit ad id, quòd Prædicare auctionē dicebatur præco, *Pregonar la uenta.* Vera igitur prædicare, est palàm loqui, quod verū est. In summa, prædicare, publicum quiddam exprimit, quemadmodum & Promulgare: sed Promulgare, magis ad sententiam alicuius, aut leges pertinet. *Publicar.* Est mihi in mora: hoc est, Me diutius expectare facit. *Haze me mucho esperar.* Id est, Immotor propter eum. Econuersò, Sum illi in mora: hoc est, Propter me expectat. *Espera por mi.* Sum in causa, quamobrem expectet, & sit in mora.

Remediū inuenire alicui malo, pro repetere aliquam excusationē alicui rei, vel ex-

cogitare aliquid, aut efficere, atque eniti, ut quod nolumus, non fiat, perelegans est. Translatio sumpta à medicis aut chirurgis, quorum artis est, morbos vel topicis, vel interioribus medicamentis curare. Remedium enim, proprie medicorum est. Malum quoque, ad morbum præcipue pertinet, quanquam ad alia frequentissime transferatur.

Peregrinam vocat, quam superiore scena vocauit Hospitam: itaque inter hospitam & peregrinam, minimum facit differentiae: quod tamen nonnulli faciunt. Peregrinum igitur est, quod ex nostra non est patria, quod nostrae non est ciuitatis, aut oppidi, aut consuetudinis, *Estrano, o de fuera*. Unde Peregrinas arbores, & Peregrinos fructus, translaticie dicimus: Peregrina quoque vocabula, quae nostra non sunt, sed ab aliena lingua petita.

Stolidi vocantur, quos vulgus nostrum appellat, *Necios*, hoc est, Inepti, excordes, obtuso animo praediti, qui sibi minus diligenter prospiciunt, *Necios y de grueso entendimiento*. Nullum est hoc stolidius saxum, inquit Plautus. *Mas boto y sin seso que una piedra*. Idem, Quid me expectas stolide? *Que me miras o esperas bestia?* Unde Stolidè aduerbium, imprudenter, inconsideratè. *Liuius*, Id non promissum magis stolidè, quam stolidè creditum.

Luci

Lucinam Iunonem parturientibus praesse commentantur antiqui, quia (inquit Plinius) oculis praesit & luci, vel quod partum in lucem ferat. Pluribus itaque cognominibus vocatur Iuno apud antiquos. Luna enim inquit Cicero à lucendo nominata: quae eadem est & Lucina. Et quemadmodum apud Graecos Iuno, Diana, eaque lucifera inuocabatur: sic etiam Romani Iunonem Lucinam in pariendo inuocabant: quae eadem Diana omniuaga dicitur, non à venando, sed quod inter septem connumeratur tanquam vagantibus stellis. Diana autem dicta, quia noctu quasi diem efficeret. Adhibebatur etiam ad partus, quod iam maturescunt, aut septem nonnunquam, aut (ut plerumque) nouem Lunae cursibus: qui quia mensa spacia conficiunt, menses nominantur. Haec Cicero. Lucinam quoque à luco, qui Iunonis sacer erat, in exquilis, sunt qui deducant, ut censet Ouidius secundo Fastorum.

Ridiculum absolute dictum cum ironia, pro eo quod dicitur, *vna burla*, admodum elegans est. Corruptè autem enunciant quidam, *Ipsi irrident*, Non est nisi irrisio. Vacabimus hodie lectione, ita enim gymnasiarchae placet. *Ridiculum*: imò ne locutus est quidem, *Tu te burlas, mas antes nunca hablo en ello*. Mox aderit praese

præceptor iubet omnes tacere. Ridiculum, postq̄ ante ostiū me vidit stare, id scilicet con- fingit vt eā intrō. *Burla se, quando me uio delate la puerta, fingio, y bullo esto porque yo entrasse dentro.*

Commodè diuisa temporibus negocia, sunt ea quæ optimè distributa sunt, quæ p̄ tempore & loco fiunt, quæ in tempore facta sunt, *A buen tiempo, en tiempo.* Eam enim vim habet, Commodè aduerbiū, & Commodū, vt aptè & conueniēter significant, vt Cōmodè facere, dicere, administrare Rēp. res gere- re, legere, loqui, &c. Hoc nō fatiseuenit com- modè, *Esto no uino a tiempo.*

Adortus est me imparatum, *A cometiome desapercebido.* In communibus etiam negotijs dicitur translatione sumpta à pugnantis. Adoriri autem, est ex insidijs repente inua- dere. Vnde adoriri à tergo, *Acometerle por de- tras y traycion.* Et Adoriri aliquem gladijs, & fragmentis septorum & fustibus dixit Ci- cero pro Sextio, *Acometer alguno con espadas pa- los de setos o uallados.*

Ludos alicui reddere, vel facere, est quod ludificare, & ludificari aliquem etiam dicti- mus, ludere, eludere, decipere: ea ratione qua ludi, vel pro scurrilibus, & vanis rebus su- mebātur, vel pro Scenicis actibus, in quibus deridebant aut senes, aut amatores, aut quic- quid

quid aliud proponebatur vulgo ac publicè, *jugos.* Quo pacto transegisti cum illo? *Lus- dos mihi reddidit, Diome, o boluio me lindos jue- gos en pago, burlose de mi.* Tunc is eras? *Lus- dos facit, Burlase, o juega.* Atat noui iam lus- dum.

Meo sit periculo, *Fit hoc huius pericu- lo, Tuo periculo, A tu daño y peligro.* Nam Periculum, vel salutis, vel rei, aut fortuna- rum discrimen significat. Ne vereare, meo periculo hoc fiet, *No tengas miedo, yo lo hare a mi peligro y costa.* Res illa, inquit Cic. suo pericu- lo fit, *A su peligro y costa.* Fac illud meo pericu- lo, *Haz aquello a mi daño y peligro, osobre mi palabra.*

In portu nauigare, prouerbialiter dicitur, qui tutus est ab omni periculo. metaphora sumpta ab ijs, qui in mari nauigant: cuius nulla est tutior nauigatio, quàm quæ in portu fit, si quid enim periculi accidat, pro- tinus terrā capiunt nauitæ. Econtrario qui in altū producti sunt, ventorū impetus arcere nequeunt: quapropter ij maximo sunt in dif- crimine. Itaq̄ In portu nauigo, tutus sum, liber omni periculo, *Yo esto y fuera de todo peligro.*

ACTVS III. SCENA II.

ARG. Egreditur à Glycerio Lesbia obstetrix, atq̄ ex officio suo inter egrediendū (vt medicā decet) præcipit, omnia diligenter fiant quæ dixerat. Id scilicet audiens Simo, fictum putat, quò distrahatur Chremetis animus à nuptijs.

à nuptiis. Dauum interrogat quidnam id sit. Iam non amplius fingit Dauus, sed rem multo antea compertam asserit: quapropter id seni dat consilium, vt prouideat nec tamen ab apparatu nuptiarum distrahatur.

LESBIA, SIMO, DAUUS.

A Dhuc Archillis quæ adsolent, quæq; oportent signa ad salutem esse, omnia huic esse uideo. Nunc primum fac istæc ut lauet: post deinde

Quod iussi ei dare bibere, et quantum imperaui

Date. mox ego huc reuertar.

Perecastor scitius puer natus est Pamphilo.

Deos quæso ut sit superstes, quandoquidem ipse est ingenio bono.

Cumq; huic ueritus est optumæ adolescenti facere iniuriã.

S. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum?

D. Quidnam id est?

S. Non imperabat coram, quid opus factio esset puerperæ.

Sed postq; egressa est, illis quæ sunt intus clamat de uia.

O Daue, itane contenor abs te? aut itane tandem idoneus

Tibi uideor, quem tam aperte fallere incipias dolis?

Saltem accurate, ut metui uidear: certè si rescierim.

D. Certe Hercle nunc hic se ipse fallit, haud ego. S. edixim tibi?

Interminatus sum, ne faceres? num ueritus? quid retulit?

Credone tibi hoc nunc, peperisse hanc è Pamphilo?

D. Teneo quid erret: quid ego agam, habeo. S. quid taces?

D. Quid credas? quasi non tibi renūciata sint hæc sic fore.

S. Mibine quisquam? D. Eho, an tute intellexi hoc adsumularier? S. irrideor.

D. RENUNCI-

D. Renunciatum est. nam qui isthæc tibi incidit suspicio?
S. Qui? quia te noram. D. quasi tu dicas factum id consilio meo.

S. Certè enim scio. D. non satis me pernoisti etiam qualis sim Simo.

S. Egone te? D. sed si quid narrare occæpi, continuo dari Tibi uerba censes. S. falso. D. Itaq; Hercle nihil iam mutire audeo.

S. Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. D. Intellexim?

Sed nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium:

Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, ut sis sciens:

Ne tu hoc posterius dicas, Dauu factum consilio aut dolis.

Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam uolo.

S. Vnde id scis? D. audiui, et credo. S. multa concurrunt simul,

Qui coniecturam hanc nunc facio. iam primum hæc se è Pamphilo.

Grauidam dixit esse. inuentum est falsum. nunc postquam uidet

Nuptias domi apparari, missa est ancilla illico

Obstetricem accersitum ad eã, et puerum ut adferret simul.

D. Hoc nisi fit, puerum ut tu uideas, nihil mouentur nuptiæ.

S. Quid ais? cum intellexeras

Id consilij capere, cur non dixisti extemplo Pamphilo?

D. Quis igitur cum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem

Scimus, qm miserè hanc amarit, nunc sibi uxorem expetit.

Postre

Postremo id mihi da negotij, tu tamen has nuptias
 Perge facere ita, ut facis. Et id spero adiuturos deos.
 S. Imò abi intrò ubi me operire: et quod parato opus est,
 para.

Non impulit me, hęc nunc omnino ut crederem:
 Atq; haud scio, an que dixit, sint uera omnia.
 Sed paruipendo, illud mihi multo maximum est,
 Quod mihi pollicitus est ipse gnatus. nunc Chremem
 Conueniunt: orabo gnato uxorem: si impetro,
 Quid aliis malim, q̄ hodie has fieri nuptias?
 Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubiũ est mihi id,
 Si nolit, quin eum merito possim cogere.
 Atq; adeò in ipso tempore eccũ ipsum obuiã Chremetem.

CONSTRUCTIO.

[O] Archillis) ancilla
 Video adhuc) [in Glycerio iam enixa]
 Omnia signa) omnia indicia,
 Quæ adfoler) [videri] quæ videre soleo,
 Quæq; oportent) quæ necessaria & com
 moda atq; utilia sunt,
 Esse ad salutem) [Glycerij] conspirare in
 eius bonam valetudinem, vel fauere eius sa
 nitati, Yo hallo, y uco am enella todas las señales que se
 suelen uer, y son necessarias para su sanidad. [Igitur]
 Fac) cura, diligentiam adhibe,
 Ut isthęc) Glycerium
 Nunc primum) nunc iam
 Lauet) abluatur, [ac].

Dein

Deinde post) statim postea [vos ancillæ]
 Date ei) [Glycerio]
 Bibere) curate ut bibat, præbete ei po
 tum, [id] Quod) [ego obstetrix]
 Iussi) imperaui [vos]
 Ei dare) [bibere]
 Et) [date ei tantum bibere]
 Quantum) [ego]
 Imperaui) [vobis] ut daretis, Haz que sea la
 nada, y limpia luego, despues desto dad le a beuer lo que
 yo mande, y quanto yo mande.
 Ego) [obstetrix] Reuertar) redibo
 Huc) ad reuifendam Glycerium
 Modo) protinus, confestim, Yo boluere luego
 en la hora. In hoc & diligentia obstetricũ, &
 medicorum ex ægri domo egredientium
 consuetudinem gnauiter exprimit.
 Perecastor) per Castorem, muliebre iuras
 mentum. Natus est) [hodie]
 Pamphilo puer scitus) elegans: hoc est,
 hodie Glycerium peperit Pamphilo puerũ
 elegantem & pulchrum, Por mi uida que Pamphi
 lo ha auido, oy un lindo niño. apud se loquitur
 obstetrix in uia.
 Quæso deos) Ut) [hic puer]
 Sit superstes) uiuat, Quandoquid
 dem) etenim, Ipse) Pamphilus,
 Est) [natus, aut præditus]

Bono

Bono ingenio) bona indole, Yo ruego a dios que viva, porque este Pamphilo es de buena condicion y naturaleza.

Cumq;) & quandoquidem, [ipse Pamphilius] Est veritus) timuit, noluit propter verecundiam,

Facere iniuriam) inferre damnū. hoc est, fidem violare,

Huic adolescenti) iuenculæ

Optimæ) honestæ, bono ingenio natæ, Y pues quisso hazer iniuria a esta buena moça.

Quis) [est homo] Qui) [si]

Norit) cognouerit

Te) tuas technas, tuum ingenium,

Non credat) intelligat, percipiat, agnoscat, Vel) etiam

Hoc) commentū de Glycerio & Pāphilo, Esse natum) inuentum, excogitatum

Abs te) Dauo? *Quien es, que si conozca tu ingenio, que no crea esto mesmo ser inuentado de ti.* Audit senex obstetricis exeuntis verba, quæ scilicet esse conficta putat, eamque fraudem à Dauo fuisse ortam, vt impedirerur nuptiæ: quapropter sermonem ad Dauū conuertit.

Quidnam est id) [quod narras:] *Que es effot illa obstetrix, quæ modò egreditur à Glycerio* Non imperabat) præcipiebat,

Puerperæ) Glycerio,

Coram

Coram) in præsentia: hoc est, domi, ante ipsam, Quid) [esset]

Opus factò) [ipsi puerperæ] id quod faciendum erat. *Aquella partera no mandaua a la parida Glycerio delante della lo que le era menester hazer.* subridens cum quodam stomacho tamē hoc dicit. Sed postq;) [ipsa obstetrix]

Est egressa) [domum Glycerij]

Clamat) vociferatur [quid opus esset factò] De via) ex itinere,

Illis) mulierculis,

Quæ sunt intus) domi. *Mas despues que es salida de bozes desde la calle a las que estan alla dentro.* [ò]

Daue) conuertit sermonem ad seruum.

Itane) siccine, adeone [ego senex]

Contemnor) spernor, deludor

Abs te) *Ansi soy menospreciado y escarneado de ti?* Aut) vel

Itane) an ita

Tandem) ad extremum.

Videor tibi idoneus) aptus, & ei rei natus

Quem incipias) [nunc] quem te incipere oporteat Fallere aperte) palam decipere, & circumuenire

Dolis) technis [tuis:] *o poruentura assi te parezco ser proprio, al qual tu ayas de enganar con engaños manifestos.*

Saltem) Attamen.

X

Accus

Accuratè) diligenter, cum magna solertia,
[adeo] Vt) [ego]

Videar metui) formidari [à te] *alomenos lo
auias de hazer con cuidado y bien secreto de tal suerte
que pareciesse que tu me temas.*

Certè) profecto Si) [ego]
Rescuerim) perceperim [te id moliri]
Por cierto que si yo lo se.

Certè hercule) Profecto, per Herculem
Nunc hic ipse) [senex] hic ipse Simo,
Fallit se,)

Haud ego) non autem ego [eum fallo,]
*Por mi uida que este mesmo uiejo se engaña y no yo.
apud se loquitur summissiore voce.*

Edixin' tibi) Nonne edixi, & imperauit ti
bi, tanquam edictum & legem imponens.
[nonne etiam ego senex]

Sum interminatus) interdixi [tibi Dauo]
minis præcepi, Ne) vt non

Faceres) [aliquam fallaciã in his nuptijs?]
Num) Nunquid [tu Dauus es]

Veritus) [me] vereris, times [edictum me
um, meas minas,] *No te he defendido con amenazas
que no lo hiziesse? como no me has temido. [audisne]*

Quid) [obstetrix]

Rettulit) [modò] recensuit. Vel per inter
rogationes, Audis quid obstetrix nunc retu
lit? *Oyes tu que es lo que ha dicho?*

Ne)

Ne) An) [ego Simo]

Credo) credam

Hoc) [quod dixit Myfis]

Nunc) dum loqueretur, Existimasne me
hoc credere, Hanc) Glycerium

Peperisse Pamphilo) filio meo? *Pienfas tu
que yo creo, que esta Glicerio pario de mi hijo?*

[ego Dauus]

Teneo) Intelligo, capio,

Quid) in quo [senex]

Errret) fallatur, quid habeat quapropter
succenseat, Ego habeo) Scio, te

neo, in promptu mihi est

Quid agam) agere debeam [super hoc er
rore] *Yo entiendo bien, en que se engaña, y se bien que
es. lo que deuode hazer en esto.*

Quid) Quare [tu Dauus]

Taces?) Obmutuisti? Nihilne respondes
ad hæc? *No dizes nada?* Quid) Quare

Credas) existimes Quasi) acsi

Hæc) [peperisse Glycerium]

Non sint) fuerint [aliquando]

Renunciata) prædicta tibi senti

Sic fore) Ita accidere debere. *Que auias de
creer? como si nó fueras auisado, q̄ las cosas auian de ue
nir assi.* Ne) An

Quisquam) aliquis [renunciauit hæc]

Mihi) senti? Quisquãne est vestrũ, qui hæc

X ij mihi

mihî renunciauerit? *Ha me hablado alguno en algun tiempo.*

Eh) admirantis cum reprehensione.

An) nunquid

Tute) tu ipse [Simo]

Intellexti) accepisti, audisti [aliquando]

Hoc) [de Glycerio & Pamphilo]

Adsimulari) confingi? *Porventura entendiste tu mesmo bien, y supiste que esto se fingia?*

Irrideor) [à te] habeor ludibrio, *Bien ueo q̄ burlas de mi. [imò verò ô here]*

Est) fuit Renunciatum) [tibi de Glycerio & Pamphilo]

Nam) Etenim

Qui) vndè, vel quomodo

Isthæc suspicio) [quòd peperit Glycerium] Incidit) euenit
Tibi) Simoni? *Ya te fue dicho, o tu fuyste amonestado, porque de adonde te uendria esta sospecha, o como serias tan sospechoso?*

Qui) Vnde? [petis à me quid suspicionem fecerit? nempe]

Quia) [ego senex]

Noram) noueram, vel cognoscebam

Te) qualis esses, tuas fallacias, *Porque? pora que yo te conoçia bien.*

cas) ac si innuere aut indicare velis, *Quasi tu dicas*

Id) [quod commisit filius tuus]

Fuisse

Fuisse factum) commissum, perpetratum,
Meo consilio) me consule, me suadente.
Como que quisieses dezir esto auer sido hecho por mi cõ sejo.

Enimuero) [ego Simo]

Scio) percipio [id factum fuisse tuo consilio]

Certè) pro certo, *Yo soy bien cierto que es assi.*
[ô] Simo) here

Non etiam) non adhuc Pernosti satis) omnino, probè, perfectè cognoscis

Me Dauum) ingenium meum, mores meos,
Qualis sim) cuiusmodi sim, *O Simo no sabes aun bien qual yo sea.*

Egone) Nunquid ego [pernoui]

Te) Dauum? *Aisne me non satis te pernouisse? Que yo no te conozco bien? hoc est, ego verò te intus, & in cute pernoui.*

Sed si) [ego Dauus]

Occipi) vel incipio, incepi [aliquando]

Narrare) recensere

Tibi) Simoni Quid) aliquid

Continuò) statim, confestim, protinus,
[Tu Simo] Censes) putas, existimas,

Dari verba tibi) quòd ego te decipiam, quòd ego aliqua fallacia excogitè aduersum te. *Mas si yo te quiero contar alguna cosa luego pienso, y te parece, que yo te quiero enganar.*

Falso) [scilicet] id existimo, *Mas no con razon aofadas.* Ironice dictum.

Itaq) igitur,

X ij Herele

Hercle) p Herculē Iā)nūc[ego Dauus]
 Nihil) nullum verbum
 Audeo) audebo [posthac]
 Mutire) summisſe proloqui, *Anſi que yo no ofaria mas de aqui adelante abrir la boca para hablar.*
 Ego) [Simo]
 Scio) [pro certo] certus ſum
 Hoc vnum) hanc vnam rem, de hac re,
 Neminem peperiffe) nullam mulierem,
 quod nulla mulier pepererit
 Hic) in hac vicinia, *Yo ſe eſto, o yo ſoy bien cierto deſto, que no ha parido ninguno en eſta uezindad.*
 Intellexit) Nūqd audiuiſti [modo clamantem mulierculā in partu, & ea quæ reſtulit obſtetricis diſcedens?]
 Sed) Tamen
 Nihilō fecius) nihilominus,
 Mox) nunc primū, [ancillæ Glycerij, vel aliqui]
 Deferent) adferent, proferent,
 Puerum) [quē ex Glycerio fuſtulit Pamphilus,] Ante oſtium)
 O Here) [Simo] ego Dauus
 Renuntio) prædico [tibi]
 Iam nunc) in præſentia
 Futurū) id) [vt proferat puer ante oſtium,] *Entēdiſte lo biē? mas no menos toda uia luego traerā de- lāt nueſtra puerta el niño, yo te quiſo deſde agora deſto mi amo.*

mi amo. *Vt ſis ſciens) ne hoc etiā ignores,*
 Ne) vt non *Posterius) poſtea*
 Dicas) proferas, dicere poſſis
 Hoc) [ſi deferatur puer]
 Fuſſe factum) perpetratum
 Conſilio) ſuaſu *Aut dolis) technis,*
 Dau) ſerui tui. *Porq̄ no ſepas, y no digas deſpues q̄ eſto ſue hecho por el cōſejo y engaño de Dauo. [nā]*
 Ego volo) Cupio, libenter velim;
 Hāc opinionē tuā) quod hæc opinio tua,
 Eſſe) ſit *Prorfuſ) omnino*
 Amoram) ablata
 A me) Dauo, *Por que yo querrā, que eſte pēſa- miento que uienes fueſſe del todo quitado de ſobre mi.*
 Vndē) Quibus rationibus, quomodo
 Scis) cognoſcis
 Id) futurum [vt producat puer ante oſtium?] *Como lo ſabes? [ego Dauus]*
 Audiui) intellexi [ab ancillis,]
 Et credo) [id verum eſſe quod accepi,] *Yo lo oy dezir, y lo creo.*
 Multa) [argumenta,] multæ rationes
 Cōcurrūt) ſimul cōcordāt, ſecū cōueniūt,
 Qui) ex quibus [ego Simo]
 Facio nunc hanc coniecturam) [id nō futurum] conijcere debeam. Hoc eſt, multis rationibus adducor, vt conijciam nihil tale vnquam futurum quod ais, *Muchas razones*
 X liij *ay, que*

ay que conciertan juntamente por las quales yo hago
al presente esta aduermança y coniectura.

Iam) Nunc Primum) primo,
Hæc) Glycerium Dixit) asseueras
uit, Se esse grauidam) prægnantem
E Pamphilo) filio meo, [id scilicet]
Est) fuit
Inuentum) repertum
Falsum) fictum, Primeramente dixo que esta
ua preñada de Pamphilo fue hallado falso.
Nunc) Postquam) ubi [hæc Glyces
rium] Videt) audit, sentit, intelligit,
Nuptias) [filij mei]
Apparari) instrui Domi) [meæ]
Ilico) confestim
Ancilla est missa) [ab illa]
Accersitum) ad accersendum, conuocan-
dum, Obstetricem, [vt veniat]
Adeam) Et simul) eadem via [eti-
am conuocauerunt obstetricem]
Vt afferret) [secum] Puerum) ali-
quē. Agora quando está uer, que las bodas se aparejan en
mi casa, luego en la hora embiarō una criada para llamar
y hazer uenir la partera a ella, y que juntamente truxes-
sen algun niño consigo. Hoc est, Conuocari iubēt
obstetricem ad se, etiā dici, vt secum adferat
aliquem puerum supposititium, quem di-
cat Glycerium peperisse Pamphilo.

Nisi

Nisi hoc fit) nisi hoc eueniat.
Vt tu) Simo
Videas puerum) [ante ostium tuum,]
Nuptiæ) quas moliris
Nihil mouentur) nō retardabuntur, si esto
no se haze, que ueas el niño delante de tu puerta, las bo-
das no sean estoruadas ni alargadas. Hoc est, meo
periculo prosequere audacter nuptias, si id
quod dico non euenierit.

Quid ais?) Quid loqueris? quid audo ex
te? cum indignatione. Cum) tu Dauus
Intellexeras) quādo videres, [mulierculas]
Capere id consilij) id moliri, Que dices? co-
mo es esto? quando tu ueyas, que essas mugeres determi-
naban de hazer esso.

Cur nō dixti extemplo) confestim pro-
tinus. Pamphilo) filio meo? cur non
admonuisti filium suæ impudentiæ? Porque
no auisaste dello a mi hijo luego en la hora.

Igitur) Sed Quis) alius
Nisi ego) præter me, à me
Abstraxit) abstrahere conatus est, aut ab-
duxit. Eum) Pamphilum
Ab illa) Glycerio? Pues quien le quitō y aparto
della sino yo. Nam) etenim,
Quidem) equidem, Nos omnes)
Scimus) cognoscimus,
Quam) quantum

Miserè)

Miserè)perditè,desperatè[Pamphilus]
 Amàrit)deperierit
 Hanc)Glycerium,
 Nunc)modò,[ille Pamphilus]
 Expetit)quærit,desyderat,optat
 Vxorè sibi)[dari]vt deè sibi vxor, *Porque por cierto todos nosotros sabemos bien, como amaua con tanto heruor a esta Glycerio, agora quiere casarse.*
 Postremò)Cæterùm[tu Simo]
 Da mihi id negoti)hoc onus,[vt rē hāc curem,] Tamen)Interim,
 Tu)Simo Perge)prosequere
 Facere has nuptias)de filio,
 Ita vt)licet,quo modo
 Facis)profèqueris, Et spero)confido
 Deos adiuturos)[te,]quòd di) tibi erunt propiti), *Finalmente da me tu el cargo, y entre tanto profigue de hazer las bodas como lo hazes, e yo espero que los dioses te ayudaran.*
 Imò)Sed poti), [tu Daue] Abi intrò) confer te domū,[&] Operire)expecta
 Me) Simonem Ibi) *Mas antes ue te alla dentro, y espera me alla.*
 Et para)appara[id]
 Quod opus est parato)qd̄ apparare oportet, *Y apareja lo que es menester.* Ingredit̄) Dauus, & solus Simo loquitur. [hic Dauus]
 Non impulit me)[Simonem,]

Vt

Vt nunc crederem hæc)[quæ dicit]
 Omnino)in totum,
 Atque)& Haud scio)nescio,
 An)[ea] Omnia quæ dixit)
 Sin vera)certa, *Este no me induzio a creer del todo estas cosas, y no se, si todo lo que dixo es uerdad.*
 Sed)[ego]
 Paruipendo)hæc omnia contemno, mihi nimi)facio,[nam] Illud)id
 Quod ip)us gnatus) ipse fili)us meus Pamphilus Pollicitus est)promisit
 Mihi)Simoni,
 Est mihi multo)longè
 Maximū)maiori in pretio, *Mas yo no curo mucho, lo que mi hijo me prometio, me es de muy mayor importancia.* hoc est, ego maioris multo facio id quod filius mihi narrauit: [nēpe se velle vxorē ducere.] Atq; ad id nūc potius attēdendū est, q̄ ad ea quæ nebulones isti confingunt.
 Nunc)[ego Simo]
 Conueniam)adibo
 Chremem)senem patrem Pasibulæ,
 Orabo)[eū,] petā ab eo,[vt det filiā suā]
 Vxorē gnato)filio meo, *Yo uoy agora a hablar a Chremes, yo le rogare, que de su hija a mi hijo.*
 Si impetro)Adsequor [id à Chremete]
 Quid)[est] cur
 Malim)magis optare debeam

Fieri

Fieri has nuptias) de filio
 Aliàs) alto tempore,
 Quàm hodie!) nunc! *Si lo alcanzo querria que se
 hiciesen estas bodas de otra manera q̄ o y se han de hacer.*
 Nam) Etenim, Haud est dubium)
 dubitandum non est, [quod]
 Si gnatus) filius meus Pamphilus,
 Nolit) recusauerit [præstare]
 Id quod est pollicitus mihi) quod promi
 sit [nempe se ducturum vxorem,]
 Quin) quod non [ego Simo]
 Possim cogere eum) filium,
 Merito) iure, *Porque no es de dudar, sino que si
 mi hijo no quiere hazer lo que me ha prometido, yo le
 puedo con razon forçar a que lo haga.*
 Atq̄ adeo) Sed Eccum) ecce
 Ipsum Chremetem) senem
 Obutam) mihi. Ipso tempore) ad
 tempus. *Mas ueys a qui Chremes que me uicne al en
 cuentro a muy buen tiempo.*

SCHOLIA.

Signa, indicia quæ sumi solent ex alicuius rei dispositione: significationes alij vocant, alij prognostica, præfagia, prædictiones, quæ præcipuè pertinent ad medicorum iudicia. Vnde Signa ad salutem, & Signa ad mortem in ægroto dicimus, pro præfagijs. quæ de ipsius salute vel morte sumi solent.

Qui

Qui valet Petrus! Omnia huic signa ad salutem esse video. *Como esta Pedro? yo no ueo señal en el que no sea para su sanidad. Vt se habet vxor!* Omnia illi signa ad mortem esse aiunt medici, *Los medicos dicen, que todas las señales le son de muerte.*

Nunc primùm, pro eo quod dicitur, Primo vel imprimis, Nunc ante omnia, Primū quidem. Quod venustè consequitur, Deinde verò, vel Post deinde, aut Postea autem: sed postremum hoc minus elegans. Venusta loquendi ratio, cum aliquid præcipimus quod velimus quodam ordine fieri: Nūc primùm volo prandeas, post deinde ibis ad fratrem; *Agora quanto a lo primero, agora primeramente yo què ero que tu comas, y despues te iras a mi hermano. Nūc primùm cura, vt hos sex versus memoria teneas, deinde verò sumes tentaculum, Primeramente trabaja de aprender y tomar de cabeça estos seys versos, y despues almorzaras.*

Mox pro statim, propriè admodū sumit̄, Mox adero, *Luego sere a qui.* Mox ego huc reuertar, *Luego en la hora boluere aqui.*

Scitus pro venustè & elegantè, magnam vim habet: vt, Scitus puer, Scitum dictum, Scita oratio, Inde Scitè aduerbium, doctè, artificiosè, venustè. Cicero, Ea quidem nunc intelligere possumus scitè facta & venustè.

Idem,

Idem, Satis scitè & commodè tempus ad te cœpit abundi.

Quæso, absolutè ponit sine adiecto, pro Vehementer oro. Cic. Vide quæso etiã atq; etiã, ne, &c. *Yo te suplico, mira bien con diligencia, que no. &c.* Cũ adiecto etiam elegans est. In Adelphis, Deos quæso, vt isthæc prohibeant, *Yo ruego a Dios, q̄ no permita esto.* Sic hoc loco, Deos quæso, vt sit superstes, *Yo ruego a Dios que le vida.* Cic. Quæso à vobis, vt in hac causa mihi detis hanc veniam, *Yo os suplico, que me querays perdonar en esta causa.* Idem, Magnopere à te quæso, vt ad eam voluntatem quàm maximus cõmendatione postea cumulus accedat.

Quandoquidem, pro etenim, vel si quidem, pulcherrimè dicitur. In Eunucho, Propter illas dormias, quandoquidem illarum neque quisquam te nouit, neque scit qui sis. *Porq̄ ninguna dellas ni persona alguna te conoce, ni sabe quien eres.* Sic dices, Quæso te, vt fratrem ames, quandoquidem ipse est ingenio bono. *Yo te ruego, ama mi hermano, pues que es de buena condicion, o de buen ingenio.*

Est bono ingenio, bono animo, bona forma, *Es de buen ingenio, de buen animo, y coraçon, y de buen gesto:* pro, est natus bona indole, habet vultũ egregiũ. Vis est in vocabulo Bonus, quod in hãc sententiã nõ parũ habet gratiæ, vndè

vndè bonum nomẽ, & Bonam famam dixit Cicero, *Buena fama.* Bonam gratiã, & bonum genus, Plautus, *Buena gracia, y buen linaje.* Bonã naturam etiam Terentius, *Buena naturaleza.*

Facere iniuriam, aut damnum alicui, est quod dicitur, *hazer injuria.* Nã iniuria in hunc sensum sumitur. Vndè illud, *Iure vel iniuria, A justo o injusto, a tuerto o derechas.* Plaut. Ego me iniuriam fecisse fateor tuæ, *Yo confieso, que haze sin razon y injuria a tu hija.* Is autè cui inferè iniuria, accipere iniuriã dicit. Quintil. In omni certamine, qui opulentior, etiã si accipit iniuriã, tamen quia plus potest, facere videt. Inferre iniuriam, in eũ sensum dicitur à Cicerone in Officijs, Iniustitiæ, inquit, duo genera sunt: vnum eorum qui inferunt, alterũ qui ab ijs quibus inferuntur, si possunt, nõ propulsant iniuriã. Qui autè infert aut facit iniuriã alicui, is iniurius, aut iniuriosus esse dicitur. Ipsi tibi iniurius esse videt, *Parscete que te haze injuria, y sin razon.* Cicero, Primùm in eo peccant, quòd sunt iniuriosi in proximos. *Primeramẽte pecan en aquel'o que haze injuria a sus proximos.* Vndè iniuriosè aduerbiũ, *perperam, & iniquè.*

Vel, in principio clausulæ positum, pulcherrimam adfert fermoni gratiã, & pro nõ ponitur (inquit Budæus, singularæ nostræ Galliæ

Galliæ decus) tractaq; est hæc loquendi formula à Græcis: tum præcipuè seruiens orationi, cum per indignationem aliquid efferrimus. Gel. Vel illud quale est, quod Plinius Democritū scripsisse asseuerat, &c. Sic hoc loco, vel hoc quis non credat! &c.

Nasci malum vel errorem ab aliquo dicimus, quum eum confinxisse vel excogitasse volumus indicare. Malum autem, inquit Donatus, dicitur de rebus repentinis. Vnde Nasci dissidia & facinorà ac mala dicimus. Cic. Binos scyphos iubeo promi, ne quid mali plus nasceretur, Yo mando sacar dos taças, porque no uinieße mas mal. Idem, Ut perspicuatis, vnde omnis iste natus sit error, Porque ueays, de donde procede, esta falta y yerro. Oriri quoq; in eundem sensum dicimus: Plautus, Id facinus est ex te ortum, Esta uellaqueria es uenida y salida de ti. Terentius paulò antè, Tibi à me nulla est orta iniuria, No se te fue hecha injuria de mi parte, o a mi causa.

Opus est factò, maturato, parato, visu, & cauto: pro Opus est facere, maturare, parare, videre, & cauere, frequentissimum: & id non minus ornatum apud comicos. vulgus dicit, Oportet facere, &c. Plautus, Citius quod nò factò est vsus, fit, quàm qd factò opus est. Lo que no se ha acostumbrado de hazer, se haze mas presto, que lo

que lo que es necessario. Liuius, Sed maturato opus, Empero necesidad ay de diligencia y presteza. In eandem formam comicos imitatus Cicero dixit, Primùm erat nihil, cur properato opus esset. Primeramente no auia causa, porque se ouieße de dar priessa.

Idoneus, qui ad aliquam rem natus est & aptus. Itane videor tibi idoneus, què tu aperte fallere incipias dolis? Te paresce q yo soy tan facil de engañar, que tu me engañes tan ala clara con tus trampas? Plautus dixit, Video hominem idoneum, quem senecta ætate ludos facias. Hoc est, quem illudas facile, cum sit senex.

Edicere, denuntiare cū quodam iussu, Hazer saber y auisar a manera demandar. Ibo intro, atque edicam seruis, ne quicquam efferri sistant, Yo ire alla dentro, y auisare los criados, que no dexen sacar nada a fuera. Edicimus, inquit Donatus, quod iubemus fieri, Interdicimus quod vetamus fieri.

Interminari aliquid alicui, est minis interdiceri, ne aliquid efficiat, Defender con amenazas. Plautus, Interminor, ne quis mihi obstiterit obuiã, Yo os difiendo so pena grande, que ninguno me embarace hallandose en mi camino. Interdico, non vsqueadeò magnam vim habet. Interdicere enim tantum est prohibere, sed sine minis. Cæsar, Præcipit atque interdicit præteritis Y hostibus.

hostibus.

Vereri dicuntur, qui bono ingenio nati, & ingenui plerunque timent, & honesti causa mouentur, neque præceptum temere excedunt. Cicero, Is patrem veretur vt Deum, *Teme y acata su padre, como a Dios.* Sic hoc loco, Non veritus? *No me tuiste miedo?* cum indignatione. Nunquid timuisti, cum iam semel tibi interminatus hoc essem, ne uas pulares à me? vel, Ne mihi faceres iniuriam?

Habeo quid agam, pro Teneo, scio, nunc mihi est in prompitu: satis elegas. Sic etiam habeo quid dicam, *Yo se bien lo que dire, o tengo que pueda dezir.* animi est perspecti, & celeriter commoti.

Renuntiatum est tibi, hoc sic fore, *Ya fueste auisado, que la cosa seria assi, o que assi passaua.* Paulus post idem dicit, Id tibi renuntio here sic futurum. Cicero, Renuntio tibi, te hodie nis comitijs esse absolutum, *Yo te hago saber, y significo.* Denuntiare in hunc sensum æquè ornate ac frequenter dicitur. Cicero, Homini Romæ in foro denuntiant, fundum illum suum esse, seque sibi emisse.

Certè enim, pro Imò verò, vel enim uero, perelegantem vim habet, tam apud comicos, quàm apud oratores. Certè enim scio,

Porque

Porque ciertamente yo lo se bien. Cicero, Certè enim recentissima quæque sint correctæ, & emendata maximè. Dicitur etiam Et certè in eandem formam. Cic. Et certè contra Cæsarem est ingressus armatus. Ad maiorè autem affirmationem additur iuramentum, Certè ædepoli scio, Certè hercle, Certè quidem pol, vel Hercle certè: sed hoc magis apud comicos.

Non satis me pernocti, qualis sim: vel Nondum pernocti, qui vir sim: vel Nondum me pernocti. Quod corruptè dicitur, Tu nondum bene cognouisti me: hoc est, Nondum perspectam habes ingenij aut uoluntatis meæ rationem, *No me conoces aun bien.* Pernoscere enim est perfectè noscere, & quod dicitur, intus & in cute. Ad maiorem autem emphasim, additur Probè, vel penitus. Plautus, Vt matronarum hic facta pernocti probè! *Como sabe bien este todos los hechos de las matronas.*

Consilium pro suasu & impulsu, atque instigatione: vt, Factum id consilio meo, *Esso fue hecho por mi consejo.* Etiam in malum sumitur. Vnde illud, Consilium consultorij pessimum.

Mutire, tanquam mutum esse, vel mutum agere, nihil dicere, ne verbum vnum proloqui. Itaque nihil iam mutire audeo, *Pues que assi es,*

Y ij yo no

yo no o *saria dezir palabra*. Corruptè, Ego non auderè igitur dicere vnum verbū. V sitarius in eandem significationē, Mullo & Mussito.

Concurrunt opiniones, aut coniecturæ, vel sententiæ simul, cum in vnum coeunt, conspirant, faciunt ad id ipsum quod voluimus, eiusdem sunt sensus, eodem recidunt: translatione sumpta à multitudine populi, quæ vel propter videndæ rei auiditatem, vel ad ferendum auxilium, currèdo properat in aliquem locū. Multa concurrunt simul, quibus facio hanc coniecturam. Hoc est, Multis opinionibus simul concordantibus adducor vt id conijciam, *Muchas cosas se allegan o concurren juntamente, por las quales yo hago esta coniectura*. Sic Heautont. Concurrunt multæ opiniones, quæ meū animū adaugeāt, *Muchas opiniones se juntan y concurren, que me acrecientan el animo*.

Celare aliquem aliquid, *Encubrir alguno algo.* Cicero, Non enim te celauit sermonem, *Yo no te encubri la plática, o proposio.* Ea ne me ceslet, consuefeci filium, *He acostumbrado a mi hijo que no me encubra tales cosas.* Sic Celare aliquem de re aliqua. Baldus noster me de hoc libro celauit, te quidem non videtur, *Encubriome este libro, y no a ti.* Debes existimare te maximis de rebus à fratre esse celatum, *Tu has de pensar, que tu hermano te ha encubierto grandes cosas.* Frequentiores sunt hi loquendi modi, quàm celare alicui aliquid: etsi ea postrema vsus sit Terētius. Si hoc celetur patri, in metu sum. *Si fuere esto encubierto a mi padre, tengo miedo.*

Scies, pro Dicam, nullo alio adiuncto, nō parum habet gratiæ in respondendo, cum aliquis de re aliqua nos percontatur. Eius loco vulgo dicitur, Ego dicam tibi, *yo te lo dire.* Quid verò commisit Petrus, quapropter uapulauerit? Scies. *Tu lo sabras, o saber lo as.*

Habeo tibi fidem, *Yo me fio en ti de lo que hazes o dizes.* Fides huic defensionī nō habetur, Senī nostro fidei nihil habeo, *Yo no fio nada a nuestro uiejo.* Habeo fidē apud te, dixit Plinius, Tāto minus fidei apud hos poena, quàm apud illos sylvæ habent. *No les creen.* Neq; in hac

hac, neq; in illa parte fidem habes, ait Sallustius in Ciceronem. *Tu no te fias, ni en la una, ni en la otra parte.* Habeo tibi fiduciā dicitur pro eodem, *Tener confiança de alguno.* Tibi eam fiduciam diligentiaē habeo, vt credam, te omni ratione id acturum. Plin. Iunior. hoc est, eam habeo fidem, aut fiduciam tuæ diligentiaē, *Yo bien me fio, o confio bien en tu diligencia.*

Propemodum iam, vel iam propemodū, maiorem quandam vim habet, quàm Propē iam, vel iam propē: hoc enim, Ferē tantum significat, *Cerca, o casi.* Illud autem Ferē omnino, *Casi del todo.* Hoc est, propē mensurā. Eius filiam ille amare cœpit perditē, propē iam vt pro vxore haberet, *Tanto, que la tenia casi por muger.* Amicam vt habeas propē iā in vxoris loco, *Que tengas una amiga, casi en lugar de muger.* Iam ego quid sit, prope scire me puto, *Ya poco mas o menos pienso que se lo que es.* Hic præcedit iā. Propemodū autem, aliquid auget, vt ferē omnino significet. Propemodū iam scio quid fiet, *Yo se ya casi del todo lo que es.* Iam propemodum ostendit suam sententiam. *Ha casi mostrado del todo lo que pensaua.* Oratores vix addunt iam: tamen in vulgari sermone non mihi videtur ineptum esse. Penē eandem vim habet, quam Prope modū, sed respuit iam, Penē in cursu cōcidit.

Iocularium in malum insciens penè incidi.
Penè dicam resperfas manus sanguine. *Ci-
cero. Casi dire, o poco falta que no diga.*

Ea gratia, ea causa, ea lege, ob id, propter
rea, *por esta causa, a este fin, porque.* Herus me ius
fit ea gratia hic restitisse, vt, &c. *Hizo me aqui
quedar por esta causa, &c.*

Pertentare, diligenter tentare, & experiri.
Nobilium adolescentium animos pertenta-
bant, *Prouauan y tentauan los animos y uoluntades de
los mancebos nobles.* Tu (inquit Cicero) perspicere
rem, & pertenta. *Tu mira bien y tienta el nego-
cio.* Administratio negotij, ex omnibus par-
tibus pertentabitur, *Sera mirada, y prouada de
todas partes.*

Sic est res, sic est,
ita res est, ita est, sic habet, ita res habet, & ita
se res habet. Rem omnè tenes, & Tenes,
absolutè, elegantiora sunt, quàm si dicas cor-
ruptè, Tu intelligis, tu dicis verum, tu be-
ne dicis, tu dicis veritatem. *Tu entiendes el nego-
cio, dizes uerdad, ansi es.*

Vah, comica interiectio, magnam admira-
tionem indicat cum exclamatione. Hoc fe-
cit solus intra viginti dies. Vah! Quid mira-
rare! Et, Vah salus mea, seruasti me. *O mi espe-
rança, tu me guardaste.*

Fit mihi obuia, & Venit mihi obuiam, in-
ter se differunt. Fit enim mihi obuiam, què
ego

ego me reperire nō putabā, aut qui de me nō
cogitabat, *Topar a caso y a dicha.* Fit obuiam ca-
su ei multitudinē Curio. *A dicha o a caso se halla
delante.* Obuiam fit ei Clodius expeditus in
equo. *Fue le al encuentro.* Venit autem obu-
iam, vel qui missus est, vel qui data opera
& honoris causa, aut propter aliquod ne-
gotium prodit. *Ir al camino, al encuentro.* Eun-
ti mihi Antium, venit obuia tuus pater. *Tu
padre se uiuo a encontrar conmigo.* quod & Prodi-
re, & procedere, & ire obuiam dicitur.

Dudum, etsi de nō ita longo tempore di-
ci consuevit, vt Non dudum ante lucem: &
Sic salutas, quasi dudum non videris. *Co-
mo si tu le ouieses uisto de mucho tiempo.* Tamen
etiam de longinquo tēpore sæpe dicitur, vt
bis in hac scena. Abs te postulo (inquit Plau-
tus) vt beneficiū verbis initum dudum, nūc
re comprobres. *Que lo que tu me as prometido
mucho tiempo ha, agora lo cumplas.* Vt dudum
de Mutiorum & Læliorum familijs audie-
bamus. Cicero. *Como ya ha mucho tiempo que
emos oydo dezir.*

NAM in compositione, magnum ha-
bet ornatum, præsertim si cum NUM iun-
gatur, vt hoc loco, Numnam perimus?
Porventura somos perdidos? Habet enim eam
vim quam SED, vt paulò antè diximus in

Bb ij partit

particula Quidnam, & Nam quid. Numnam hæc audiuit? *Porventura no yo esto?* Numnam hunc percussit Iuppiter? Plautus. Est autem quando interponatur QUID, atq; ita proferatur. Nunquidnā, pro Sed nunquid: quemadmodum in superioribus iam explicatum est. Magis peculiare sunt Comiciis locutiones, quàm oratoribus, sed quæ tamen in communi sermone vsurpari possint.

Inquam, dixi, vel dico: Quid dixi: quid ais? optimè inquam factum. corruptè dicas. Ego nihil dixi, nisi quod est bene factum: vel, Ego dico quod tu bene fecisti. Comicus statim postea, iam inquam hic adero. *Yo te digo que luego fere aqui de buelta.* Plurimum etiam habet gratiæ, cum aliquid recensemus: quo loco corruptè dicas. Et ego dixi illi, vel, Et tunc, aut, & postea ego respondi illi, Digo yo. Tum ille, Nihilne tibi relictum est quod edas? Ego, inquam, nihil domi reperi, præter atrum panem filigineum, *No halle digo yo otra cosa en casa, que pan negro, de centeno.*

Nulla est mora per eum: hoc est, Non stat per eum, & (quod superius dixit) Nulla est in eo mora, & Nihil moræ in eo est, Nihil mihi est in mora, nihil moratur nuptias, Per eum non stat, quo minus fiât nuptiæ.

Quod

Quod alioqui corruptè dicas, non tenet ad eum, vel non tenet in eo, *No esta o no queda por el.*

Ego verò solus: pro Egone solus: corruptè dicas, Qui, ego? *Quien yo: dizes que yo lo he hecho solo?* Vis est in particula VERO, Egone istud dixi unquam: Plaut. Ego verò istuc: per reticentiam, *Quien yo: esso?* subauditur Anne putas me fecisse? alioqui, Ego verò, pro Ego certè, sumitur apud Ciceronem. Ego verò ita facio: per affirmationem, *De mi parte acrio asi lo hago.*

Quiescas, siste paululum, mane: pulcher dicendi modus, cum aliquem tranquillo aut æquo animo esse iubemus, dum aliquid facimus, quod ab eo nobis præceptum est. Corruptus loquendi mos in gymnasijs profert, *Expecta expecta, tace tace, Espera un poco, calla te.*

Mirum ni, & Nimirum, eleganter conuertuntur. Mirum ni domi est, pro, Nimirum domi est. Tamen hoc inter se distant, quòd Mirum ni, incertum nescio quid denotet. Mirum ni hoc fecerit: hoc est, cum id plerumque facere consueuerit, mirum est si nunc idem non fecerit. *Es de maravillar, si el no hizo esto.* Nimirum autem, certitudinem denotat, cum affirmatione. Nimirum hic homines frigent. *Por cierto.*

Bb ij. Quid

Quid causæ est quæ, & Quid causæ est cur, vel quapropter nõ, pro eo quod dicitur vulgò. *Porque no o que estorua que no.* Quid causæ est quin hinc in pistrinum recta proficiscar via? Quid obstat quo minus. vel, Quid me detinet. vel, Quid in causa est? *Que es lo que me detiene, o que me estorua que no me uaya derecho al atabona?* Timentis est, ne aliquod supplicium sibi inferatur.

Recta via proficisci aliquò. *Ir camino derecho.* Recto itinere, Rectà, etiam absolutè dicitur. Rectà iter est Romam. *Es el camino derecho para Roma.*

Nihil est preci loci relictum, Nullus est preci relictus locus, pro precibus: vel in singulari preci, precem, prece. *No a y mas lugar de rogar.* Nihil est amplius, quòd me precibus ab eo contendere sperè. In Phor. Ni instigemus senè, vt nullus locus relinquatur preci. *Porque los ruegos no puedan mas nada, o no a yan lugar ninguno.* Nihil loci, & Nullus locus quomodo cõuertantur, superius explicatum est.

In sperante atq; inuito præceptore, hoc fecisti. *Tu as hecho esto suera de lo que pensaua, y de lo que quera el maestro.* In speràti mihi (ait Cicero) cecidit, vt in istū sermonè dilaberemini: pro, in speràte me: vt trumq; tamè Latinum est. Inuito domino nostro diebus paucis erimus liberæ,

liberæ. inquit Plautus. *En desecho, y contra uoluntad de nuestro amo.*

ACTVS III. SCENA V.

ARG. Ingressus domū Simo reperit filiū. cum eo de futuris nuptiis, vti consuluerat Dauus, confert. Negare nõ audeat Paphilus: quapropter vehemèter iratus ac perturbatus, in scenā prodit, exprobratq; Dauo, quid commiserit.

PAMPHILVS. DAVVS.

VB I illic scelus est, qui me perdidit. D. perij. P. atq; hoc confiteor,

Iure obtigisse, quandoquidè tā iners, tā nulli consilium. Seruon' fortunas meas me commisisse futili?

Ergo pretium ob stultitiam ferò: sed inultum nunquam id auferet.

D. Posthac incolumem sat scio fore me, nunc hoc si deuito malum.

P. Sed quid ego nunc dicā patri: negabon' uelle me, modò Qui sum pollicitus ducere: qua fiducia id facere audeame Nec quid me nunc faciam, scio.

D. Nec quid me: atq; id ago sedulo.

Dicam aliquid iam inuenturum, ut huic malo aliquam producam moram. P. oh.

D. Visus sum. P. eodum bone uir, quid ais? uiden' me consilijs tuis

Miserum impeditum esse? D. at iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile.

P. Nempe ut modo. D. imo melius spero. P. oh tibi ego ut credam surcifer?

Tu rem impeditam & perditam restituas: hem quo fretus sem,

Bb iij tus sem,

tus sem,
 Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias.
 An non dixi hoc esse futurum? D. dixi. P. quid meri-
 tus es? D. Crucem,
 Sed paululum sine ad me ut redcam: iam aliquid dispici-
 am. P. hei mihi,
 Cur non habeo spacium, ut de te sumam supplicium,
 ut uolo?
 Namque hocce tempus præcauere mihi me, haud te ul-
 tisci, sinit.

CONSTRUCTIO.

Vbi est illic scelus) Vbinam est ille sce-
 leratus Dauus,

Qui perdidit) destruxit

Me) Pamphilū, Adonde esta este maluado, que me
 a echado a perder? Rescuerat à patre, Dauī cōsi-
 lio, ptinus debere fieri nuptias. [ego Dauus]
 Perij) [nunc] occidi. nullus sum. Yo soy per-
 dido, o muerto.

Atq; sed certe, & certè [ego Pamphilus]

Confiteor) fateor

Hoc) [quod accidit]

Obtigit) [mihi]

Iure) ex ratione, secundum æquitatem,
 Yo confesso, que con razon me uino esto. Animo
 commoto, & omni auxiliij spe destituto
 hoc ait.

Quandoquidem) [ego]

Sum

Sum tam iners) adeò imprudens,

Tamq; nulli) pro nullius, comicè.

Confilij) & adeò destitutus consilio, Pues
 que yo soy tan afno y bestia y tam imprudente.

Ne) An [debui]

Commisisse) committere,

Meas fortunas) causas meas, ærumnas
 meas, mea pericula

Seruo futili) [cuiusmodi iste est?] famulo
 vsque adeò leui, & qui omnia tam facile des-
 teget, nihil celaret! Como, deuiera yo cometer y
 encomendar mi negocio a moço tan liuiano y parlero.

Ergo) Et propterea, [ego Pamphilus nunc]

Fero pretiū) damnū perpetior [merito,]

Ob stultitiam) propter erratum meum,

Sed) Verū [Dauus]

Nunquam auferet) [crimen]

Inultum) sine vindicta, Y por esto tengo el pa-
 go por mi locura, mas no se ira el sin pagar lo. Ego
 culpam hanc vindicabo.

Si) [ego Dauus] Deuito) effugio

Nunc) impræsentiarum

Hoc malum) periculum [quod mihi com-
 minatur herus meus,]

Sat scio) certò scio Me) Dauum

Posthac) in cæterum Fore) futurum

Incolumem) sanū. si ex hoc periculo nūc
 saluus euadere poterò, facillimè alia perferā.

Timet

Timet Daurus ab hero suo, ne vapulet. *si yo me escapo esta uex deste peligro, cierto estoy q̄ de aqui adelante no me puede ir mal.* Sed) Verum

Quid) quidnam [ego Pamphilus]

Dicam) respondebo

Nunc patri) Simoni [si me interroget?]

Mas que respondere yo agora a mi padre? negare de la q̄rer tomar por muger. Negabon?) Negabone

Me velle) quod ego velim

Ducere) [Philumenam in vxorem,]

Qui sum modò) iam semel

Pollicitus) [patri me ducturū eam?] cum iam ego assenserim patri de ea ducenda?

Qua fiducia) qua impudentia [ego]

Audeam) audebo

Facere id?) hoc est, negare me velle ducere? quæ mea erit impudentia, si id negauerim? *Como yo le aya agora prometido de hazerlo con que atreuimiento, o fare hazer aquello?*

Nec) neque [ego]

Scio) perspectum habeo,

Quid nunc faciam) quid facere poterò

Me) de me: hoc est, quid de me fiet nescio. *No se que cosa hare de mi.* Antiqua loquendi formula: vel hæc verba sic inculcat præ timore, & animi commotione.

Nec quid) [ego etiã Daurus faciã scio]

Me,) de me, Atque) &

Ago

Ago sedulo) diligenter curo, vt sciam

Id) nempe quid de me fiet. *Ni yo lo que de mi hare, y esto es en lo que mas trabajo con diligencia.*

[Scio quid agam ego:]

Dicam) [hero meo Pãphilo] pollicebor

Iam) nunc primùm [me]

Inuenturū) reperturum, cõmentaturum

Aliquid) [fraudis,] Vt) quo

Producam aliquam moram) remorari a liquantulum possim, retardem

Huic malo) hoc malum, hoc incommodum, has nuptias futuras. *Yo le dire que hallare agora alguna cosa de remedio, para que haga detener y que aya alguna tardança a este mal.*

Oh) exclamatio heri propter visum seruum, quem quærebat. *A y de mi.* [ego Daurus]

Sum visus) [nunc ab hero meo,] visto me ha. [ò] Vir bone) egregie serue

Ehodū) [veni ad me,] ven aca buen hombre.

Quid ais?) quid refers? Vidē?) vide sine, nōnne compertum habes nunc,

Me) Pamphilum

Miserum) perditum

Esse impeditum) [tuis dolis] intricatum? *Que dizes, no uees tu que yo miserable por tus engaños soy emredado? [video quidem.]*

At) Sed, imò verò [ego Daurus]

Expeditam) extricabo [te herum meum]

Iam

Iam)protinus, mox, subito, *Mas yo te de-
senredare agora.* [Tu me]

Expedies!)liberabis!*Que tu me libraras.* ai sine
te expedire me posse ab his tricis, quibus sum
impeditus! [ô Pamphile] mi here

Certè)imò, verò, sic sanè, *si cierto mi amo.*

Nempe)sanè Vr)sicut fecisti

Modò)nunc, *Aofadas como agora lo heziste.*

Imò)sed potius

Spero)[te expeditum fore]

Melius)quàm modo fecerim, *Mas antes
espero que mejor.*

Oh)exclamantis cum desperatione.

Furcifer) carnifex, [putas efficere tuis
verbis] Vr)ego)Pamphilus

Credam tibi)adhibeam fidē factis tuis!

Tu restituas)per contemptum, cum irrita-
tione: & tamen animi concitati ac cōmoti,
tūne reparabis, refarcies

Rem)negotium

Impeditam)intricatum

Et perditam)& penè desperatū [tuis do-
lis!] *Ouellaco ladron auia yo de creer te, que tu resti-
tuyras y tornaras a reparar la cosa tanturbada y per-
dida.*

Hem)irati, & commoti animi, ac
dolentis [vide]

Quo)[consilio]

Siem fretus)sim fultus, vide cui consilia
mea

mea aperuerim, vide cuius cōsiliū sim se-
quutus. Refert quod superiori actu dixe-
rat, Dauū video, cuius consilio fretus sum.

[vt] Qui)[tu Dauus]

Contecisti)conteceris

Me)Pamphilum herum tuum

In nuptias)in matrimonium,

Ex re tranquillissima)ex pacatissimo vi-
uēdi modo [in quo erā prius.] *Mirad en que por
ne mi confiança, o como lo podre creer, como tu me ayas
metido enestas bodas de una quietud, y reposo grande
que yo tenia.*

An non)Nōnne [ego Pamphilus]

Dixi)prædixi [tibi]

Hoc)[quod euenit tua culpa]

Esse futurum?)debere sic euenire? *Yo no te
lo auia bien dicho, que así acacceria?* [tu herus]

Dixti)dixisti, fateor quod dixeris, *si dicho
lo auias.* [Iam igitur]

Quid)quod supplicium [tu Dauus]

Es meritus)quid promeruiſti? qd ego tibi
faciā [ob id quod peccasti?] *Que has merecido?*
[ego promerui] Crucem)patibulum,

Sed)Verūm [ô here]

Sine)permittere Paululū)parumper

Vt redeam ad me)vt animum [à te com-
morum] reuocem. vt vires resumā, recipiam
& colligam animum, [nam ego Dauus]

Iam)

Iam) nunc

Dispiciam) considerabo

Aliquid) consilium aliquod, aut dolum
[quodd te ab his astutijs liberē,] *La horca, m'as
dexta me un poco tornar sobre mi, y pensar agora algus
na cosa por te librar.*

Hei mihi) Væ misero mihi,

Cur) [ego Pamphilus]

Non habeo (spatium) cur non licet mihi
per opportunitatem,

Vt sumā supplicium de te) vt puniā te

Vt volo?) quēadmodū cupio? *Ay de mi des-
dichado que no tengo lugar de te castigar como desseo,*

Nanque) Etenim,

Hocce tempus) hæc opportunitas,

Haud finit) non permittit [mihi]

Vlcisci te) sumere de te supplicium, [sed
potius finit]

Me præcauere mihi) dare operā rei meæ:
hoc est, vt mihi consulam, & quid agendum
sit videam, attendam ad ea quæ sum actus
rus. *Porque este tiẽpo no me da lugar para tomar uen-
gança de ti, sino de pensar y mirar en mi negoão.*

SCHOLIA.

Illic, pro ille, peculiaris comicis sermo, &
antiquus. Vbi illic est? pro Vbi ille est? Plau.
Atat, illic huc iturus est: pro Ille huc iturus
est. Non receptum apud recentiores.

Perdidit

Perdidit me hoc scelus, *Este maluado me ha
destruydo.* Hoc est, Mortis periculo exposuit.
Perdidisti istum quē adduxti pro eunucho
adolescensulum, *Tu has perdido a este mancebo que
has aqui traydo en lugar de castrado.* Pessundare in
eundem sensum sumitur: Pessundedisti me
blandimentis tuis. Plautus, *Has me echado a per-
der por tus blandas, y dulces palabras.* Duce te ad illā
quæ tuū perdidit, pessundedit tibi vnicū fi-
liū, *Lleuo te a aq̃lla q̃ te ha destruydo, y perdido tu hijo
unico.* Iners, qui nullius est consilij, qui
nullius est artis & industriæ. *Sin arte, o impruden-
te.* Si quidē artē pro ingenio sumas, vt hoc lo-
co, *Quid est quod tibi mea ars hoc efficere
possit amplius, quapropter dictū à Terentio
est, Tā iners, tā nulli cōsiliij sum.* Ignauū etiā
dicimus Inertē. Nā ignauū interpretat̃ Do-
natus eū, qui perseverans non est. Cicero,
At homo inertior, ignauior magis vir inter
mulieres, q̃ impura inter viros muliercula.
vulgo nostro sonat. *Perezoso y floxo.*

Fortunæ, in plurali, & pro diuitijs & pro
fœlitate sumitur, quando quidem fœlices
diuitiæ faciunt, *Riquezas y dicha.* vt Laudare
fortunas alicuius. Tum omnes omnia bona
dicere, & laudare fortunas meas, *Todos dexian
mil bienes y alabauan mi fortuna y buena dicha.* hoc au-
tē loco, Cōmittere fortunas suas seruo futili:
fortunæ

fortunæ pro negotiis & rebus agendis sumuntur. quandoquidem ab ijs & foelicitates & diuitiæ pendent. Dignus est cui cõmittas fortunas tuas, *Digno es que le encomiendes tus negocios.*

Futilis, linguax, aut loquax, à futio futis deducitur, quòd omnia effundat. Qui plenus rimarum est, hac & illac vndiq; perfluit. Tracta metaphora à vase, quo in sacris Vestæ antiqui utebantur, quod cum acuto fundo esset, & ore patulo, ob id erat instabile, statimq; effundebatur, aiunt Donatus, Seruius, & Festus. Futilem igitur hominem vocabimus, *Liniano y parlero.* Vanum & leuem appellat Cicero, qui silere tacēda nequit, qui continuò effundit quod audiit, qui secreta continere non potest.

Ferre pretium ob stultitiam, est quod dicitur, suæ stultitiæ damnum & mercedem accipere, vel recipere damnum, aut incommodum aliquod ob stultitiam vel commissum errorem experiri. Eadem formula vsus est Plautus, cum dixit, Pretium ob asinos accipere, pro asinorum. Pretium enim pro mercede, & præmio accipitur. Vndè Cicero, Mercedem, pretiumq; impudentiæ dixit: & Pretia ignauiæ, Plautus. *El galardón de la pericia.* Ferre pœnam stultitiæ dixit Cicero, *Estimato*

Estimato me stultitiæ meæ pœnam ferre gratius, quàm euenti. Ferre præmium, pro eodem, dixit Plautus, Hinc hoc præmij feres, Desto tu aurās este galardón. Et Cæsar, Vtrò præmium missionis ferre.

Inultum hoc non feres, vel auferes, *No te escaparás ansi sin uengança.* Non morieris inultus, aut impunitus, *Tu no moriras sin uengança.* Hoc est, impunè hoc non feres, *No te escaparás sin ser castigado.* Ego me de hac re vindicabo antequam moriar. Feres supplicij erroris tui antequam moriaris. Punieris ob delictum. In te animaduertetur, *Yo me uengare, o tu serás castigado.* Ego pol te pro istis dictis & factis scelus vlciscar, vt ne impunè in nos illuseris. Non moriar, priusquam hanc iniuriam meq; vltus fuero. Sic in fine huius scenæ dictum est, Hoc tempus non sinit te vlcisci, sed mihi hi præcauere.

Sat scio, in vulgari & communi & quotidiano sermone venustum est, pro eo quod alioqui corruptè dicas, Ego bene scio quod, *Yo se bien que.* Vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio, *Quando alli no me uiere yo se bien que luego se tornara aca corriendo.* Nemo hercle hoc præstare potest, sat scio. *Yo se bien q no a y hõbre q pueda hazer esto.* Comica loquutio. Producere moram, vel Moram producere

alicui malo, peruenustum, pro retardare & differre. Moram afferre, dixit Cicero. Ista le-
gatio moram & tarditatem afferet bello. *Esta
embaxada a largura la guerra.* Hoc est, Remoras
bitur, bellum proferet.

Ehodum, & Ehodum ad me, vel in cons-
temptum, aut per ironiam. Ehodum bone
vir, comica locutio, quoties aliquem ad nos
venire iubemus. Ea autem formula in ser-
mone quotidiano vti possumus, quo loco
dicimus, Veni he socie, dicas mihi, vtrū &c.
Ehodum bone vir, dic mihi, est ne, vt fertur,
Petrus animo captus? *Ven aca buen-höbre Pedro
hase tornado loco, anfi como dizen.*

Bonus vir, & Vir bonus ironicè si dicañ,
multā habet in dicendo venustatē, cū astutū
& subdolum aliquē apertè nolumus dicere.
Ehodum bone vir, quid ais? *Ven aca o hombre
de bien que dizes?* Bone vir Dore, salue, dic mi-
hi, & cæt. Hac ironica locutione plerunq;
vtuntur comici, & nos quoq; in communi-
sermone possumus vti, cū apertā nolumus
iniuriam pronuntiare.

Impeditus & expeditus, cōtraria, vt Im-
peditus homo negotijs, & Rem impeditam
restituere: propriamq; Impediti significa-
tionem hic habes. Viden' me tuis consilijs
miserum impeditum esse? Nam impeditus
propriè

propriè, ait Donatus, dicitur, qui ita pedes
habet alligatos, vt progredi non possit, *Atado
como quien tiene grillos.* Expeditus, q; pedes prom-
ptos, paratos, & solutos habet. Expedito no-
bis homine & parato opus est. Cicero. *Tene-
mos necesidad de un hombre suelto y despucsto.* Ad
negotia vtrunq; refertur. Implicatus & Im-
plicitus pro eodem quoque sumuntur, *Re-
buelto y enredado.* Vt Res implicita, aut im-
plicata suspicionibus: cui contrarium, Expli-
catus, vt Explicatum atque expeditum ne-
gotium. Intricatus etiam, in eodem sensu
accipitur: hoc est, tricis impeditus. Atque ita
intricatum ludit potans Dorpalum, Plau-
tus. Huic contrarium, Extricatus, hoc est, li-
beratus, vel liber factus: vt Extricatus alia
quo negotio. *El que es libre y descargado de algun
negodo.*

Certè, absolutū, pro Ita certè, vel sic cer-
tè, aut sic sanè, vel sanè verò, & quod Cice-
ro ait, maximè, aut maximè verò, perelegans
est. quo loco corruptè dicitur, Ita per fidē. *Sē
cierto.* Satisne hoc conclusum videtur? certè.
Ain' verò? certè. Expedites me hoc nego-
tio? Certè Pamphile. Certo autem, nun-
quam in responsione sumitur, sed in narra-
tione potius, vt hoc certo scio. Quanquam
apud antiquiores comicos pro Certè sumat,

vt Certò perij, Certò cõperi, Certò hæc mea est: sed hoc receptum omnino non est.

Furcifer quid sit, satis explicat Donatus in hunc locũ. Dictio est comica, qua seruos nullius pretij, & criminibus obnoxios notabant: quasi digni essent qui ob delictum, ignominia causa, cogentur circa viciniã, furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, simulq; monere cæteros, ne tale quid admitterent. Id tu furcifer sumes: ait Cicero. *Lo tomaras tu uelaco ladron?* Furcifer quò progreditur? Sic ad maiorem ignominiam Trifurciferum seruum appellabãt, vel qui dignus esset qui tribus furcis manus alligatas publicè gereret ignominia causa, vel qui loco furcæ, trifurcum in viciniã deferret: quod erat tridentis furcæ genus, *Tũn' trifurcifer mihi audes inclementer dicere? Tu uellaco ladron ofas me dezir esso tan sin clemencia y piedad.*

Tranquilla res, Tranquillum negotium, id dicitur, quod quietum & pacatum est, sine perturbatione. *Negoão sin rebuelta, o fosse gado.* Translatione sumpta à mari, quod tum quidem tranquillum esse dicitur, cum aduersis ventis non perturbatur, aut commouetur, vnde etiam Tranquillus animus & lenis. Itẽ Tranquilla via, minimè molesta itinere faci-

ciendo,

ciendo, & Tranquilla nox. quibus opponitur Perturbata ac commota res, & Perturbatum negotium: quemadmodum prius dixerat Dauus, *Iã perturbauĩ oĩa. sic Cõmote animus, cõmotũ bellũ, cõmotũ mare dicitur.*

Conijcere aliquẽ in amorem, in lætitiã, in malum, in morbum, in metum, in fugam, in nuptias, pro Cogere & vi efficere, vt alius quis eò perueniat, vel incidat, venustum est, & magis proprium, quàm si dicas, Protrudere. Impellere tamen in eum sensum æquẽ Latinum est: vt Impellere seruum ad accusandum dominum, & Impellere in fraudẽ, in spem certissimam. Sic Impelli atque incendi ad aliquid faciendum. Inducere etiam promissis aliquem dicimus, pro Decipere, sed minus est proprium pro Impellere, nisi dicas Inducere feras in retia.

Annõn dixi hoc esse futurum? corruptè dicas, Nunquid ego bene dicebam, quòd ita eueniret? *No dezia yo bien, que esto acacceria ans?* Sic variare poteris eleganter, Nunquid hoc futurum prædixeram? Nonne id ita euenturum prædixeram? aut Non hoc futurum dixeram? Itãne futurum esse dixi? Tibine iampridem dixi, hoc esse futurum? *No te lo auia bien dicho?*

Redire ad se, est commotũ animum reuocare,

Cc ij care,

care, furorem deponere, iram compescere,
Tornar en si, o a su sentido y juyzio. Tandem reprimē iracundiam, atque ad te redi. Al cabo refrenā tu ira y buelue en ti. Id quod animum induxerat, paulisper non tenuit, inquit Cicero, sed citò ad se redijt. Sic redire ad memoriā. Tornar a la memoria. Redire ad ingenium pristinum. Tornar a su primero entendimiento, o a su primera naturaleza.

Displicere aliquid, quasi in diuersas partes aspicere, quoquo versum, vel in vtrancq; partem oculos voluere, vt aliquid inuentamus, vel habeamus. Simul atque graui vulnere exanimari videret se, vt primum dispexit, quæsiuit, saluusne esset clypeus. *Después de auer mirado de acá y de allá. Ad animum transfertur, sumiturq; pro diligenter considerare. Tamen acie mentis displicere cupiebant, ait Cicero. Ego quid sperem non dispicio. Circumspicere, eandem habet vim, vt Circumspicere animo vel mentibus consilia, & res ante gestas. Et Sapientis est, res bene gestas diligentissimè circumspicere.*

Sumere supplicium de aliquo, pro puni-
 re, venustum est: Patris vlciscendi causa supplicium de matre sumpsit, ait Cicero. *Por uengança de su padre tomo uengança, y hirio a su madre.* Supplicium enim, ait, idem, est pœna peccati.

Vndè

Vndè Supplicium alicui dare, dixit Terent. & Constituire supplicium in aliquem. Cicero: & Afficere supplicio bonos & fortes viros: & Vt supplicio in aliquem: & Aliquem vinculis & verberibus atq; omni supplicio excruciatum necare. item, Trahere & rapere ad supplicium, & mille huiusmodi.

Præcauere sibi, maius quiddam est, quàm Cauere simplex: quemadmodum & Prouidere, plus est quàm Videre. hoc enim, porrò videre significat: illud autem, antè vel prius sibi cauere: hoc est, Sibi cauere, antequam periculum immincat. Id ne accideret, præcauendū sibi Cæsar existimabat. Enimuerò illud præcauendū, atque accurandum mihi, ait Plautus. *Es cierto bien menester, que tome guarda y mire en esto con diligencia.* Prouidere magis vsitatū est ab oratoribus, vt Prouidere ne aliqd accidat, & Prouidere salutem alicuius, Prouidere sibi ex iniuria alterius. Cic. *Mirax por si.* Præuidere autē, aliud est. non enim ad nos refertur, sed ad ea quæ nobis accidunt, vt Præuidere futura, & herum venientem. Itaq; non dicimus, Præuidere nobis ab aliquo, sed Præuidere aliquem.

Non sinit tempus, me id facere, Non licet per temporis opportunitatē, Nō datur mihi per otium, Non vacat, & Non vacat per

Cc liij

otium.

otium. Nunc non est commodum per temporis breuitatem, & Temporis breuitas non sinit, non permittit, aut patitur, vt de te suam supplicium. Sic variat huiusmodi locutio, eius loco quæ barbarè effertur, Non habeo tempus ad vindicandum me de te: & Ego non habeo otium, El tiempo no lo permite yo no tengo lugar.

ACTVS IIII. SCENA I.

A R G. In hoc actu fit elegans perturbatio, in qua inter se Simo, Pamphilus, Dauus, Charinus, Birria, Chremes, omnes omnibus redduntur offensi. Prima autè hac scena Charinus adolescens, amator Pasibulæ conqueritur apud Pamphilum, se sua amica decidisse: factumque contra leges amicitiae, vt qui se nunquam ducturum eam pollicitus esset, nunc tamen ducat. Purgat se de hac re Pamphilus: atque ad extremum interuenit Dauus, qui se tandem effecturum asserit, vt nuptiæ non fiant.

CHARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta uecordia innata cuiquam ut fiet,
Vt malis gaudeant, atq; ex incommodis
Alterius sua uitae comparent commoda: ah
Id ne uerum est? imò id genus hominum est presumum. in
Denegando modò quis pudor est paululum.
Post ubi est tempus promissa iam perfici,
Tum necessariò sese aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit denegare. ibi
Tum imprudentissima eorum oratio est,
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus,
Proximus sum egomet mihi. Attamen, ubi fides est,

Si roge

Si roges, nihil pudet. hic, ubi opus est,
Non uerentur: illic, ubi nihil opus est, ibi uerentur.
Sed quid agam? adeamne ad eum, & cum eo iniuriam
hanc expostulem?
Ingera mala multa. atq; aliquis dicat, Nihil promoueris.
Multum molestus certe ei fuero: atq; animo morem gesserò.
P. Charine, & me & te imprudens, nisi quid di respiciunt, perdidit.
C. Itine? imprudens: tandè inuenta est causa: soluisi fidè.
P. Quid tandem? C. etiam nunc me subducere istis di-
tis postulas?
P. Quid istuc est? C. postquam me amare dixi, complacita est tibi.
Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectauim meo.
P. Falsus es. C. non tibi satis esse hoc uisum solidum est gaudium,
Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres?
Habeas. P. habeat? ah nescis, quatis in malis uerser miser,
Quantasq; hic suis consilijs mihi confecit sollicitudines
Meus carnifex. C. quid istuc tam mirum est, si de te exemplum capit?
P. Haud istuc dicas, si cognoueris, uel me, uel amorè meum.
C. Scio, cum patre altercasti dudum: & is nunc propterea tibi succenset: nec te quiuit hodie cogere, illam ut duceres.
P. Imò etiam quo tu minus scis erumnas meas:
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi,
Nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.
C. Scio: coactus tua uoluntate es. P. mane,

Nondum

Nondum scis. C. scio equidem illam ducturum esse te.

P. Cur me enecas? hoc audi. nunquam desistit

Instare, ut dicerem esse ducturum, patri:

Suadere, orare usq; adeo, donec perpulit.

C. Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. Interturbat. C. quam ob rem? P. nescio:

Nisi mihi deos satis scio fuisse iratos, qui auscultauerim.

C. Factum est hoc Dauo? D. factum. C. hem quid ais scelus?

At tibi di dignum factis exitium diunt.

Eho, dic mihi, si omnes hunc coniectum in nuptias

Inimici uellent: quod, ni hoc, consilium darent?

D. Deceptus sum, at non defatigatus. C. Scio.

D. Hac non successit, alia aggrediemur uia.

Nisi id putas, quia primò processit parum,

Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.

P. Imò etiam num satis credo, si aduigilaueris,

Ex unis, geminas mihi conficies nuptias.

D. Ego Pamphile, hoc tibi pro seruitio debeo

Conari manibus, pedibus, nocte usq; et dies,

Capitis periculum adire, dum profim tibi.

Tuum est, si quid præter spem euenit, mihi ignoscere.

Parum successit quod ago, at facio sedulo.

Vel melius tu aliquid repperi, me missum face.

P. Cupio restitue, in quem me accepisti, locum.

D. Faciam. P. at iam hoc opus est. D. hem: sed mane, con crepuit à Glycerio ostium.

P. Nihil ad te. D. quero, P. hem, nuncine demum? D. at iam

iam hoc tibi inuentum dabo.

CONSTRUCTIO.

Hocce) An hoc

Est credibile) dignum quod credatur,

Aut memorabile) dignum memoria, vel quod recenseatur. Hoc est, Potestne illud fieri. Ut est) ut sit, reperiatur

Tanta uecordia) tanta pusillanimitas

Innata) ingenta Cuiquam) alicui,

Ut gaudeat) exultent. nunc in plurali respondet [cuiq] tanq̄ collectiuo pronomini.

Malis) [alienis] Es poruentura cosa creible o dig na de memoria, que algunos sean de tan poco, o mal cora çon, que se gozen con el mal de otro.

Atq; ut cõparent) concilient

Sua cõmoda) aliquid sibi utile, utilitates suas Ex incommodis) calamitatibus, damno, periculis

Alterius) quæ alteri uiderint euenire?

Y que hagan sus prouechos de los daños de otro?

Ah) dolentis, cū suspitio magno pronunciatũ. Estne verũ id) [quod uideo?] Ay,

no es esto poruentura uerdad? cum animi fastidio hoc dicit.

Imò) Certè, profectò

Id genus hominum) huiusmodi homines [qui malis alienis gaudent]

Est pessimum) sunt nequissimi.

Modò

Modo) Tantummodo [videte]
Paululum) parumper, Quis est pu-
dor) quæ sit verecundia [quibusdam]

In denegando) reuêdo [aliquid quod ab
eis petitur] *Y aun aquel genero de hombres es mala-
uado, que solamente tiene una poca de uerguença en ne-
gar alguna cosa. hoc est, dum fingunt se nolle
aliquid denegare, quod tamen maximè dene-
gare volunt, videte quo pudore id faciant,
quo pacto animum suum dissimulent ac ce-
lent: vel, Videte quomodo non eos pudeat
pmittere id, quod maximè denegare volût.*

Post) Postea autem,

Vbi) quando [est]

Iam tempus perfici promissa) quû maxi-
mè opus est præstare, quod sine vilo pудо-
re promiserât, aut quod se nolle facere dis-
simulauerunt cum pudore.

Tum) tunc quidem [illi]

Aperiunt se) animum suum [diu celatû
& dissimulatum sub quodam pudore] osten-
dunt ac patefaciunt

Necessario) propter necessitatem, vel co-
acti, [alioqui opus esset, vt id præstarent
quod erant polliciti]

Et) [adhuc]

Timent) cum timore hoc faciunt, aut ti-
mêt ne vi auferatur quod negât, aut timorê
aperiunt,

aperiunt, propter quem se dicant id quodam
iure denegare quod promiserant.

Et tamen) nihilominus tamen, vel tandê

Res ipsa) [ad extremum]

Cogit) [eos] *Después quando es el tiempo de
guardar su promessa, o cumplir su palabra. entonces se
descubre y aun temen, mas con todo el mesmo hecho les
costrine de lo negar a la clara.*

Denegare) apertè negare, quod antea dis-
simulauerant, vel erant polliciti.

Ibi) cum hoc euenit.

Tum) tunc, Oratio) dictum

Eorum) qui id agunt quod recensus]

Impudentissima) maximè impudens, si-
ne pudore prolata oratio [cum prius pудо-
re quodam suffusi viderentur id nolle nega-
re, quod maxime cupiebant]

Est) [talís, quam recensabo] *Entonces sus pa-
labras son sin ninguna uerguença. hoc est, tunc quis-
dem hoc dicunt.*

Quis es tu) [qui dicis me tibi aliquid pro-
misisse?] Quid es mihi) [in cognatione?]
qua necessitudine sum tecum conuinctus?

Cur) Ad quid [ego darem]

Meam) amasiam, iuenculam quam ego
amo Tibi) [quem non noui?]

Heus) [tu ad quem loquor] [Dicit is
quem commemorau]

Ego=

Egomet)egoipse

Sum proximus mihi) sum mihi magis charus, proximè mihi obsequi debeo, primū mihi rebus atq; negotijs meis attendere ac dare operam necesse est. *Quien eres tu, que amistad tienes conmigo? por que causa te dare yo la mia? mira amigo, yo soy el mas cercano a mi mesmo.*

Attamen) sed enim, enimuero, sed saltē.

Si [tu] roges) interrogas [eos, vel ab eis]

Vbi est fides) pactū, promissum, vel exolutio fidei, quam promiserunt, [tum]

Nihil pudet) [eos] nullo pudore afficiuntur [propter id quod petis]

Hic) eo in loco, in ea re,

Vbi est opus) in qua maxime oporteret [pudore & verecundia perfundi] [illi]

Non verentur) nullam habet verecundiam. *Empero si les preguntares, adonde esta lo que prometieron, no tienen uerguença alguna en esta cosa, adonde es bien necesario.*

Illic) in alia re [longe ab hac diuersa]

Vbi) qua in re

Nihil est opus) [perfundi verecundia]

Ibi) in ea re [præstanda aut facienda]

Verentur) [ipsi] pudore afficiuntur. *En otra parte, adonde no ay alguna necesidad, alli tienen uerguença.* Sed) Verūm

Quid) [ego Charinus]

Agam

Agam) [nunc:] quid faciā? quid mihi deinceps faciendum est? consiliū apud se capit.

Adeamne) adibone, vtrum me conferā, aut conferre debeo

Adeum) Pamphilum? debeone Pamphilum adire? Et) [an ego]

Expostulem) repetam, exprobrabo, expostulare debeo Hanc iniuriam) hoc dānum] de accepta Philumena, quam se mihi relicturum erat pollicitus.]

Cum eo) Pamphilo,

Ingeram) inferam [illi Pamphilo]

Multa mala) multa incommoda, magnū malum. *Mas que es lo que deuo de hazer? ire a el y le dire, y me quexare del por la iniuria que me ha hecho? y le hare mucho mal, diciendo le muchas iniurias?*

Atq;) sed etiam, verūm etiam

Aliquis) quispiam [qui mihi dare consilium studebit]

Dicat) dicere poterit [quod sequitur si tu id feceris, Charine]

Nihil promoueris) nihil efficies, aut proficies, rem nullo pacto commouebis in tuam vtilitatem, [at ego huic ita respondebo, Ino verò ego]

Multum) [proficiam, si id fecero] [Nā]

Certè) profectò [ego]

Fuero) esse poterò, ero.

Moles

Molestus ei) Pamphilo, saltem ego molestiam illi adferam, impediam nuptias. *Mas alguno me podra dezir .tu no haras nada, o no aprouecharas nada. Mucho aprouechare. Sin duda yo le hare mucho enojo.*

Atq; &

Gessero morem) satisfaciam

Animo) [meo] *Y tambie yo satisfare, a mi desseo.*

[ô] Charine) Pamphilus videns Charinum, prôtinus cum eo de re sua confabulatur [Ego Pamphilus] Imprudens) nesciens, non præuidens, ex improviso

Perdidi) destruxi, pessúdedi

Me & te) vtrunq; nostrum,

Nisi di respiciunt) prouident [nobis]

Quid) in aliquo, *Charino amigo, sin pensar yo me he echado a perder a mi, y a ti . si los dioses no nos remedian.*

Itane) [hoc dicis?] Estne ita vt dicis? ironice dictum.

Imprudens) [hocne fecisti, vt ais?]

Tandem) Ad extremum

Causa) ratio, occasio [quamobrem id feceris, vel nodus totius negotij]

Est inuenta) [à me] [nam tu Pamphilus]

Soluisti) fregisti Fidem) [tuam]

Es ansi que sin pensar al cabo hallada es la causa: q; tu as quebrantado el juramento, y no guardado lo que prometieras.

Quid ais?

Tandem

Tandem?) quid vis innuere hac formula, Quid ais tandem? *Que quieres dezir por este dezir al cabo?*

Etiam nunc) adhuc modo [tu]

Postulas) quæris, contendis, putas

Me subducere) decipere

Istis dictis) his verbis [tuis] *Aun agora pienso de me enganar con tus palabras.*

Quid) Quidnam

Est istuc) [quod narras?] [Que es esto?]

Postquam) ego Charinus

Dixi) narraui [tibi Pamphilo]

Me amare) Philumenam [protinus illa]

Est complacita tibi) placuit, arrisit tibi, visa est tibi digna, quam in vxorem duceres. *Despues que yo dixi, que la amaua, luego te plugo, y la quessite.*

Heu me miserum) dolētis, cum suspirio;

Quia spectauit) consyderauit

Tuum animum) indolem tuam

Ex animo meo) ex inclinatione naturæ meæ, qui tale esse ingeniū tuū duxi, quale & meum: qui te idē mihi facturū existimabā, quod ego tibi maximè fecisse desiderassem. *Ay cuidado de mi, que yo estimo, y juzgue tu coraçon y querer del mio: [ô Charine, tu certè]*

Es falsus) deceptus [qui sic iudices, aut cogites de ingenio meo] *Tu estas enganado.*

Dd

Non

Non)nonne Hoc)[quod fecisti]
 Visum est)existimasti
 Esse gaudium satis solidum)integrum
 Tibi)Pamphilo. Nūquid existimasti hoc
 debere abundanter satisfacere animo tuo.
 nunquid hoc tibi satis fuit, accipere Philus
 menam vxorem,

Nisi) [etiam tu]
 Lactasses) illuisses, decepisses [blanditijs]
 Me) Charinum
 Amantem) eius, quam accepisti in tuam]
 Et) [nisi etiam]
 Produceres) prolōgares [negotium meū]
 Spe falsa) irrita & vana expectatione,
 [quam ego ex tuis verbis conceperam de ac
 cipienda Philumena:] [Tu igitur, quando
 ita res habet]

Habeas) accipias [tibi eam] tua igitur sit
 Philumena. *No te bastaua, o no te parefcio ser este
 gozo harto entero, sino que aun q̄siste engañar halagãdo
 a mi pobre amante en detenerme con uana esperança,
 Toma la pues que ansi es. [Aisne quod ego]*

Habeam!) accipiam! mea sit Philumena!
 Ah) dolentis [ô Charine tu]
 Nescis) ignoras,
 In quantis malis) in quantam calamita
 tum multitudinē [ego]
 Miser) infelix [Pamphilus]

Verfer

Verfer) sim cōstitutus, incideri, quot cala
 mitatū cumulis sim obrutus, ac circūseptus.
*Que yo la tenga? a y amigo mio tu no sabes en los grãdes
 males que esto y puesto. Que) & [nescis]*

Quantas) q̄ multas Solitudines)
 anxietates, molestias animi

Hic) Dauus

Carnifex meus) me excrucians Confe
 cit mihi) molitus est aduersum me, effecit.

Suis consilijs) dolis, verutijs, vel propter
 consilium quod dedit mihi. *Ni tan poco sabes
 quantos enojos y molestias me ha hecho este mi uerdun
 go por sus trampas. Quid) Vt quid*

Istuc) [quod ais seruū tuū tibi confecisse]

Est) esse debet Tam mirum) adeo
 mirabile, hoc est, Quidnam est quod tanto
 pere admirari debeas,

Si capit exemplum de te!) cū tu illi sis ex
 emplo! si idem tu quocūq; facias, vnde ipse ex
 emplum sumat? *Pues que maravilla si el toma ex
 emplo de ti? [ô Charine] Si) [tu]*

Cognōris) bene noueris, aut bene nosces

Vel me) Pamphilum

Vel amorē meum) aut quo pacto amem,

Haud dicas, non diceres Istuc) [quod
 ais] *Si tu me conociesses bien a mi, o a mi manera de a
 mar, tu no me dirias esso. nempe seruū meū
 capere exemplum de me. [ego Charinus]*

Dd ij Scio

Scio) teneo [rem omnē] [Nā tu Pāphilus]
 Altercasti) altercatus es, disceptasti
 Dudum) iam pridem
 Cum patre) tuo Simone. hoc est, līs fu-
 it inter te & patrem.

Et propterea) atq; ob id
 Nunc) in praesentiarum
 Is) pater tuus Succenset) irascitur
 Tibi) Pamphilo. Yo lo lo que ay. Tu ouiste cō-
 tienda o malas palabras antes con tu padre. y por tanto
 agora está enojado con tigo.

Nec quiuit) non potuit
 Cogere) constringere, adducere
 Te) Pamphilum Vt duceres) [hodie]
 Illam) Philumenam [in vxorem] y por esto
 no te pudo constreñir de la tomar.

Imò etiam) imò verò, imò magis, [audī
 quod tibi sum dīcturus]

Quo) in quo [ego video quòd] Tu)
 [Charinus] Minus scis) non intelligis,
 Meas ærumnas) calamitates, infortunia,
 Mas antes, por quanto menos sabes ni entiendes mis
 trabajos y miserias. vel quo, ex quo, pro quan-
 do quidem, & quod dicitur vulgò, posteaq̃.
 Hic videto alias interpretationes Donati.
 [imò igitur audī]

Hæ nuptiæ) [quas credebas mihi appa-
 rari debere]

Non

Non apparabantur) non fiebant, non in-
 struebantur, [mea causa]

Mihi) pro me Pamphilo, meæ non erant,

Nec quisquam) neq; aliquis

Postulabat,) expetebat, volebat

Nunc) hodie

Dare vxorem) mihi. Estas bodas no se me apa-
 rejauan, ni aui a hombre qui me quisiese casar. hoc est,
 Falleris Charine, non intelligis erumnas me
 as. Nam quas nunc putabas fieri debere nu-
 ptias, hæ quidē meæ non erant, neq; meo no-
 mine quæsitæ. non enim has ambiebam, cū
 ego nihil tale vnquam cogitauerim. [ego
 Charinus]

Scio) intelligo, capio [fallacem aut dubiū
 sermonem tuum, vel id quod vis innuere]

[tu Pamphilus] Es) fuisti

Coactus) inductus, astrictus [ad has nu-
 ptias admittendas]

Tua voluntate) tua sponte. Yo lo entiendo biē,
 tu fuiste costreñido de tu uoluntad a este hecho.

Mane) Siste paululum [tu]

Nondum) non adhuc

Scis) capis, intelligis [rem omnem] Espera
 un poco que aun no lo entiendes bien.

Equidem) Certè [ego Charinus]

Scio) facile intelligo [nempe]

Te ducturum esse) quòd tu es ducturus, &

Dd iij tu ac

tu accipere debes.

Illam) Philumenam [in uxorem] Yo lo en-
tiendo muy bien, que tu la as de auer por muger.

Cur) Vt quid [tu Charinus]

Enecas me) Pamphilum [tuis verbis] ad
quid me tuis verbis obtundere tentas? Nam
enecare ad cerebrum & rationē pertinet. [sal-
tem] Audi) ausculta

Hoc) [quod deinceps sum dicturus] Por-
que me quiebras la cabeza? a lo menos oye me aun esta
palabra: Hoc dicit, quia semper interturbat
Charinus Pamphili narrationem.

Nunq̄ destitit) hic quem mox dicam tibi]
Præ celeritate dicendī nomen subiticit.

Instare) vr̄gere, [nunq̄ etiam destitit]

Suadere) [mihī] hoc est, perpetuò suavit,

Orare) precibus mecum contendere,

Vt dicerem) faterer

Patri) meo Simonī [me]

Esse ducturum) Philumenam [nunquam
inquam cessauit]

Vsque adeo, donec) quousq̄, dum *

Perpulit) [me] ad extremū impulit [vt id
dicerem quod volebat] Nunca dexo de fatigar me,
de me amonestar, de me rogar, que yo lo dixesse a mi pa-
dre que la tomara por muger, hasta que me forço, y tra-
xo a ello. Quis homo) [fecit]

Istuc) Quisnā fuit is, qui id tibi persuasit
vt fa-

vt faceres? Quien fue esse que tu dizes? [fuit]

Dauos) Dauus seruus meus. Dauo.

Dauos) per interrogationem cum admi-
ratione, quia seruuum videt. Quien, Dauo! [ille
inquam est, qui]

Interturbat) interrumpit [inceptum me-
um] corrupit oīa. Reuelue y lo echa a perder todo.

Quamobrem?) quare id facit? Porque lo ha-
ze assi? [ego Pamphilus]

Nescio) ignoro [cur id faciat]

Nisi) si non [hoc est quod]

Satis) admodum, ferē

Scio) sub dubito, vereor, aut puto,

Deos fuisse iratos mihī) succensuisse

Qui) propterea quod

Auscultauerim) attenderim [ei Dauo] Yo
no se, sino es que me dudo que los dioses no esten indi-
gnados comigo. [ô] Dauo) [an]

Hoc) [quod ait herus tuus]

Est factum) commissum, perpetratum [à
te:] Di Dauo, fue assi hecho? [certè fuit]

Factum) [à me] Si cierto assi fue ello hecho.

Hem) obiurgantis. [igitur ô]

Scelus) scelerate Quid ais? quid dicis

[nunc:] quid vis dicere? At) Sed, prin-
cipium increpationi aptum. Dñj diunt

tibi exitium) dñj faciāt vt habeas, videas, aut
recipias finem facti, aut consilij tui.

Dd liij Dignū

Dignum factis) pro meritis secundum
facta. *O uellaco perdido que dizes? Los dioses te den
tal fin, como has merecido.*

Eho) iterum obiurgat. e hódum ad me.

Dic mihi) Charino.

Si omnes inimici) [huius Pamphili]

Vellent) cuperent

Illum) hunc Pamphilum

Coniectum) conijcere, contrudere, quod
conijceretur. In nuptias) in matrimoni
um, [dic inquam mihi]

Quod consiliū darēt) [illi ducēdæ vxoris]

Nisi) præter, vel aliud quàm

Hoc) [quod illi dedisti?] *Dime, si todos sus ene
migos le quisiesen meter en casamiento, que consejo le
darian otro, sino el que tu le diste? [ego Dauus]*

Sum) fui. Deceptus) falsus [in consi
lio dando] At) sed tamen [ego]

Non) [sum nunc]

Defatigatus) defessus [in altero consilio
inueniendo] *Yo me engañe, mas aun no esto y can
sado. [ego Charinus]*

Scio) intelligo [quod ais] per contemptū,
cum ira quadam. *Yo lo entiendo bien. [ô Cha
rine, si quidem]*

Hac nõ successit) euēnit [nobis pro voto
id quod moliebamur, nos] Aggredie
mur) attentabimus [rursum aliud consilium]

Alia

Alia via) alio modo, alia ratione. *Si no succe
dio bien por esta uia, experimentaremos por otro medio.*

Nisi) [fortasse] Putas) existimas,

Id) hoc [quod puto,] [nempe]

Hoc malum) incommodum [de nuptiis]

Non posse iam) [amplius]

Conuerti ad salutem) salutare esse, ad af
fectum prouenire, saluum esse, vel saluti esse
& hero meo, & mihi,

Quia) ob id quod Primò) principio

Parum processit) parum feliciter euēnit,
*Saluo si por uentura piensas, que este mal no puede uenir
a bien, porque al principio no succedio bien.*

Imò etiā) imò verò [satis processit, & plus
quàm existimasset.]

Nam) Etenim [ego Pamphilus]

Satis credo) facile puto, [Quòd]

Si) [tu Dauus]

Aduigilaueris) dederis operam, [Nempe
quemadmodum fecisti. tandem]

Conficies) efficies, molieris

Mihi) Pamphilo

Geminas nuptias) duplex matrimonium,

Ex vnis) solis [nuptiis,] ex vno matrimo
nio [quod nunc moliris,] *Mas antes si, porque yo
creo facilmente, que si quieres trabajar y poner diligen
cia, que tu me haras dos casamientos de uno. [ô]*

Pamphile) [mi here]

Ego)

Ego) Dauus Debeo) præstare
 Tibi hoc) [quod mox dicam]
 Pro seruitio) seruitute mea,
 Conari) eniti, vt coner,
 Manibus pedibusque) totis viribus,
 Que) & [debeo tibi hoc,]
 Adire) vt adeam
 Periculum) damnum
 Capitis) [mei,] hoc est, vt exponā me per
 riculo capitis, vt vitā meā in periculo cōsti-
 tuam Noctes & dies) noctu diuq̄,
 Dum) vel, dummodo
 Prosim) sim vtilis, in seruiam
 Tibi) hero meo. O Pamphilo yo soy obligado a
 ti por el seruicio que te deuo, de me esforçar y trabajar
 de pies y manos, y poner me en peligro de la muerte, no
 che y dia paraq̄ yo te haga algun prouecho. [cæterū]
 Si quis) si aliquid
 Euenit) [Interdum] accidit,
 Præter spē) cōtra vel vltra opinionē meā,
 Est tuum) tu debes, tuæ sunt partes
 Ignoscere) dare veniam, vt ignoscas
 Mihi) [qui errauī.] Mas si alguna vez acon-
 tesce algo suera de lo que yo esperaba, tu deues perdo-
 narme lo. [fateor quod id]
 Quod ago) conor, molior, [quo ad nuptias]
 Successit) euenit, contigit, ad finem per-
 uenit [nobis]

Parum

Parum) [feliciter] malè,
 At) attamen [quod facio, aut feci, id ipsum
 ego Dauus] Facio) efficio
 Sedulo) diligenter, cum diligentia, & ani-
 mo bono. El negocio no uino, anzi como yo pensaua:
 todauia loq̄ hago, de buena uoluntad y cō diligēcia lo hago.
 Vel) aut [si quod facio, tibi min⁹ placet,]
 Tu) here Reperi) inuenias
 Aliud) [consilium]
 Melius) probatius & vtilius. O tu halla y pien-
 sa otro consejo mejor, y mas prouechofo. [&]
 Face) fac
 Me missum) [manu,] manumitte me, aut
 mitte me aliò quo voles, aut mitte me aliud
 facere, vt ne amplius huiuscemodi negotia
 pertractem. y me dexta. [ego Pamphilus]
 Cupio) volo [facere id postremum quod
 petis,] [igitur tu Daue]
 Restitue) [me herum tuum] [in eum]
 Locum)
 In quem) [tu]
 Accepisti me) in quo eram [priusquam hæ
 nuptiæ essent inceptæ.] Si yo lo quiero bien, tor-
 name al estado y lugar en que yo primero estaua.
 [ego Dauus]
 Faciam) curabo, restituum te in eum lo-
 cum [in quo prius eras,] Si yo lo hare.
 At) Verum iam) nunc

Est

Est opus) oportet [vt facias]

Hoc) [quod ais te facturum] *Mas ya es mester.*

Hem) subito aduertentis ad aliud, & cogitantis ad aliud consilium. [puto me aliquid iam inuenisse.]

Sed) [ô Pamphile]

Mane) siste [hic paululum] nihil dixeris aut feceris. conuertit mentem aliô.

Ostium concrepuit) [quantum audiui]

A. Glycerio) à domo Glycerij. *Espera un poco, yo o y abrir la puerta de Glycerio.* [sed hoc]

Nihil ad te) [spectat.] *No haze esto nada al caso, o no tienes que ver en ello.* Nihil facit ad hoc consilium, quod volebas nunc disquirere, [ô here expecta iterum. ego]

Quæro) iam disquiro [consilium aliud quod,] *Yo busco.* Hem) interrogantis,

Nunc) nunquidne

Demum) tandem, denique [inuenisti hoc consilium quod dicebas te quærere?] *Ea pues a un no es hallado?*

At) Sed. quasi iam aliquid inuenerit. [ego Dauus]

Dabo) ostendam, proponam

Tibi) hero meo iam) nunc, protinus

Hoc) consilium [quod expectas]

Confectum) absolutum. *Pues yo te lo dare luego acabado.*

Scholia,

SCHOLIA.

Quod vulgus nostrum corruptè dicit, Vtrum est possibile? *Es posible?* vel, Quis vnquam crederet quod, aut Quis vnquam audiuit dicere quod, *Quien oyo decir jamas.* Terentius effert, Hoc) cine) credibile est aut memorabile? vel, Hoc) quis credat, aut vnquam commemorare audeat? An hoc adeo est verisimile, vt credi debeat? id enim credibile significat. An vero) dignum est, quod commemoretur? vel Id) ne est memoria dignum? hoc autem memorabile dicitur, vt Munus memorabile, apud Virgilium. Memorandum vero) haud ita est frequens, minus est in vsu, Comemorandum, magis.

Vecordia, pro animi iniquitate, & quam vulgus laxitatem cordis aut animi appellat, hic sumit Terentius, non autem pro pusillanimitate. Nam vecordem interpretatur Festus, eum qui est mali turbatque cordis: si quisdem in hac dictione, ait Cicero, cor ipsum pro animo sumitur. Prorsus in eius facie vultusque vecordia cernitur, ait Sallustius. *Toda maldad y descoraznamiento, y floxedad se conoce en su cara y rostro.*

Innatum esse alicui dicitur, quod naturale vocamus. *El natural de alguno.* Hoc est à natura productum: vt Innata auaritia in aliquo,

cum

cū aliquis etiā ab ipsa natura auarus esse cer-
niē. *El que es naturalmente auariento. Id oībus inna-
tū est, vt societate appetāt. A cada uno le es esto na-
tural. Sic, Innata pbitas in aliquo, vel alicui:
& Innata vecordia, hoc loco, Hōccine credit
dile aut memorabile est, tāta vecordia innata
cuiquā vt fiet, &c. Es poruentura de creer, que aya
hombres tan maluados o sin iuyzio de su natural.*

Cōparare cōmodū suū ex incōmodo alte-
rius, *Hazer su prouecho con el daño ò por el daño de
otro. Cōparare sibi cōmodū, alteri⁹ incōmodo,
dici quoq̃ potuisset: quēadmodū dixit Cēsar,
Cōparare sibi autoritatē re aliqua bene ges-
ta. Alcāçar autoridad y fama por alguna cosa bien he-
cha. Conqrere etiā dicē in eū sensum, vt Cō-
qrere sibi fauorē amicorū multis beneficijs.
Alcāçar la gracia de los amigos por muchos beneficios.*

Cōmodū, quēadmodū vtilitatē & emolu-
mētū significat, vt Nolo tibi vllū cōmodū
in me claudier: ita Incōmodū dānū est ac des-
trimētū. Fugiēda iprobitas ob incōmoda que
inde eueniūt. Itaq̃ cōtraria sunt inter se. vnde
dixit Teren. Cōparare cōmodum suū, vel
sibi Comparare commodum suum, vel sibi
comparare commodum ex incommodo al-
terius, vel incommodo alterius. Comparare
autem commodū sibi ex re aliqua, est quod
dicitur, *Hazer suprouecho de alguna cosa,*

Id ne

Id ne verum est? *Es poruentura uerdad?* elegās
loquendi formula, cum alicui comminamur
ob delictū quod in eo animaduertimus. *Ve-
luti si tu condiscipulum videris aliquid mi-
nus rectē agentem, hoc dicere poteris, Ah, id
ne est verum? vel estne id verum? profectò
ego referam præceptorī. Ay es esto uerdad? yo lo
dire al maestro. ornatius, quàm si dicas, Haha,
nunquid ego bene video? aut, Ego bene vi-
di te, tace, vtrum verum est? & similes in-
eptiæ.*

Impudens, vel impudentissima oratio, est
dictum sine pudore prolatum, inuerecunda
responsio. *Palabra desuergonçada. Sic Os im-
pudens dicitur Terentio, quod verba sine
pudore profert, quod mendacia effutit absq̃
vlla verecundia. vndè etiam Ciceroni, Men-
daciū impudens appellatur. Mentira cierta y
dicha sin uerguença. Impudens autem homo aut
nebulosus dicitur, quem nos vulgò vocamus,
Vn desuergonçado rufian. Sic etiam nugator im-
pudens, Mentiroso sin uerguença.*

Quis tu, vel Quis tu es? elegātius proferas,
quàm Quis es tu? quum aliquem interro-
gamus, qui minus nobis est notus. *Quien eres
tu. verbum enim [Est] in huiusmodi interro-
gationibus postremum semper colloca-
tur. apud Teren. Quis tu es? qd mihi es? Sic
Quid*

Quid hoc est? Quid istuc est? *Que es esto, que significa esto? que quiere dezir esto?* Non autē, Quid est hoc? Quid est istud? nisi aliud subiungas, vt, Quid est hoc, quod ille narrat? tum enim verbū elegāter interponiē. Quid est istud, qđ nobis affers? *Que es lo que nos traes?* Tamen etiā postponitur: vt, Quid istuc mirum est, si &c.

Egomet mihi sum proximus. met, syllabica adiectio, vim dictionis auget in pronominibus, ego, tu, ipse: vt Egomet, tumet: vel tutemet, ipsemet. id autē est quod vulgò dicim⁹. *Yo mesmo, tu mesmo, aquel mesmo.* Perinde ac si dicas, Ego ipse, tu ipse, ille ipse. Inuenistū enim esset dicere, Ipse ipse: præterea, [mihi] affectum auget orationis: cuiusmodi quiddā ait Cicero, Statui egomet mihi tū modum orationi meæ. *Entonces yo mesmo me dispuse y puse orden en mi oracion.* Sic Plautus, Egomet mihi comes ero. *Yo me fere compañero a mi mesmo.*

Attamen particula, variè sumitur: interdū enim pro [sed tamen] vel [si tamen] accipitur, & principiū locutionis occupat, nullam conditionē aut rationē reddens. vt hoc loco, Attamen vbi fides est, si roges, nihil pudet. *Mas si les preguntas, adonde esta el prometimiento, o la fidelidad, no tienen uerguença,* pro Verūtamenē, vel at verò, vel atqui, aut quinetiam. Nam hæ particulæ in hūc locū applicari possunt.

Est

Est quando [attamen] siue coniunctum, siue separatū, conditionē reddat: vt Si hoc nō fit, attamen aliud fiat: pro. At saltem. *A lo menos.*

Expostulare iniuriam cū aliquo, vel Expostulare apud aliquem de iniuria: vt Omnia de nostris cupiditatibus & iniurijs expostulant, apud Ciceronem, est conqueri apud aliquem de iniuria sibi illata. *Quexarse de alguno de la injuria por el hecho.* Hoc est, ait Donatus, Querelam apud eum ipsum deponere, qui fecit iniuriam. Expostulare enim, in hac significatione, est conqueri, cum interrogacione, & petitione, ac si conquerendo aliquis expostularet cum alio, quod admisit per iniuriam. *Quexarse d: mandado y preguntado.* Obstetric, inquit Plautus, expostulauit mecum parum missum sibi. *Quexose de mi.* Virtutes, ait Cicero, noli vereri, ne expostulēt & querantur, se à beata vita esse relictas. *Porque no se quexen de ti que &c.*

Si roges, Si dicas. *Si me preguntes.* Aliquis roget, Aliquis dicat. *Podran me preguntar.* peculiaris sunt Terentio, quoties quis rationem apud se colligit eorum, quæ dici aut obijci possunt. Interdum solum verbum effertur, hoc modo: Roges, dicas, dixeris, pro Dicere poteris. *Tu me podras dezir.* Et in aliena persona sic etiā effertur, Hic mihi dicat quispiam,

Ee & Dia

& Dicat quispiam. *Alguno me podra dezir.*

Ingerere mala multa alicui, quod vulgo dicitur, *Hazer le grande mal o gran despecho.* hoc est, Multis malis eum afficere, vel onerare, vel adferre illi multa mala. quasi in cerebrum illius infundas multas ærumnas diætiis tuis. Nã id est propriè ingerere, vt Ingerere aquam in vineam, vel lapides in solum, apud Columellam. vnde per translationem, Ingerere dicta in aliquem, *Dezir injurias: & Ingerere probra, Amonar o arrojar denuestos.* Sic etiam Ingerere verba & crimina in aliquem, apud Liuium, *Poner le delant o arrojarle muchas palabras e injurias.*

Promouere, pro efficere, & quod dicitur, Proficere: hoc est, verbis, vel actu, aliquid aut aliquem mouendo, obtinere quod petimus. Nil promoueris, & Parum promoueris: hoc est, Nihil efficies, Nihil fiet propterea. Tuis verbis nihilo magis voti compos euades, *Tu no haras nada por esso.* Sic multum promoueris, *Mucho aprouecharas.* Abibo hinc, præsens quando promoueo parum. *Ir me he de aqui, pues que mi presençia poco aprouecha.*

Molestus certè ei fuero, Profectò illi adferam molestiam, *Cierto yo le fere enojoso.* Tu mihi molestus es, & Tu mihi molestus fueris, si quidem hoc dicas. *Tu me seras enojoso y molesto.* Importunitas & inhumanitas, ait Cicero,

Cicero, omni ætati molesta est, *Importunidad e inhumanidad es molesta a cada uno.*

Morem gerere, & Gerere morem animo suo, est voluntati suæ & affectui animi satisfacere, *Cumplir su desseo, hazer a su plazer y uoluntad.* Plautus, Pater nunc intus suo animo morem gerit, *Haze a su plazer lo que quiere.* Gestus est mos & voluntati & dignitati tuæ, ait Cicero, *Ha se hecho segun uestra uoluntad.*

Nisi quis Deus respiciat aut aspiciat, hoc est, nisi adiuuet, nisi aduertat Deus, nisi Deus omen auertat, *Si Dios no prouee y pone remedio.* Dicitur in maximo timore, & re prope desperata. Aspicerere enim, & Respicere, ad Deum antiqui retulerunt, cum ex alto negotijs & rebus nostris attendit, & ea secundat, vnde pro Adiuuare etiam sumuntur. Virgilius, Iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis, *Aspice nos: quia intuentes dii adiuuant,* ait Seruius. Nisi idem Deus qui nos melius quam oprare auderemus, liberauit, respexit rempublicam: hoc est, adiuuit. Cicero.

Soluere fidem, pro frangere aut rumpere, hoc est, violare, vt hoc loco Terentij: & pexoluere, satisfacere fidei & promissis, sumitur. Nam quia hi qui dant fidem, & promittunt

Ee ij aliquid

aliquid se præstatorios amico, obstringere fidem suam alteri dicuntur. Nec tamen ego in plerisque eorum obstringam fidem meam, ait Plinius. quemadmodum etiam Fidē obligare: Audebo etiam obligare fidem meam, ait Cicero. hoc est, fidem tanquam ligatam & obstrictā dare. Ob id fit, vt qui clam amico & dolo malo soluit fidem, violare, frangere, & rumpere, & infringere dicatur. Qui vero præfente amico, & bono animo præstat id quod pollicitus est, nullo dolo, nullaque fraude intentata, is soluere & exoluere fidē dici debet: frequentius tamen Exoluere.

Solidum gaudium, Solida gratia, vtilitas, foelicitas: pro abundantī, & absoluto aut perfectō gaudio, absoluta gratia, vtilitate, foelicitate, & huiusmodi. Antiqui enim solidum id dicebant, quod absolutum esset: propterea quod nihil concaui aut rimarum haberet, quasi vndique compactum. Vndē Solidum ebur, dixit Virgilius, pro integro & parum sectili, quod idem de marmore & quibuslibet metallis dicitur. Tractū inde ad alias res incorporeas, vt ad animi facultates, & huiusmodi. Plinius. Nulla est perfectō solida foelicitas, quā contumelia vlla vitæ rūpit. No ay ciertamente ninguna uerdadera y perfecta biē auenturancā, la qual rompe y destruye alguna maldad de la uida.

Stabile,

Stabile, in eo sensu sumi potest, deducta translatione à columnis: quæ cū solidæ sint, diutissimè rectæ stare possunt. hinc Stabilis & firmus animus Ciceroni. Stabilis & immutabilis natura, Stabilis firmæque ratio, Stabilis & certa sententia.

Lactare, per translationem, ad eos pertinet, qui verbis lenibus modo hoc, modo illud pollicendo decipiunt amicos, aut eos cū quibus negotium habet: tractū à matribus, quæ dū lactāt filios, interdū animi causa, & propter oblectationem, mammam præbent, ac subinde retrahunt: modo ostendunt, modo occultant: tum ad os admouent, tum continuo retrahunt. vulgus nostrum hoc vocat. Halagar. Quod satis eo exemplo Terentij ostenditur, in quo ait, Solicitādo & pollicendo eorum animos lactas. Solicitando y prometiendo tu los engañas con halagos. Latine Attrahere maius quiddam est, vimque significat. Itaque, vt aliquid inter ea verba differentiaē statuamus, dicemus Lactare esse per blandimenta, ac verba dulcia, & in rebus haud ita magni momenti. Halagar en cosas de poca importancia. Allicere & Illicere, aut illectare per adulationem, & aliquantisper trahendo, verbis etiam mollibus. Atraher por lisonias. Attrahere autem & Adducere, per vim & quodammodo

Ec iij do co

do cogendo, *Atraer simplemente*. Verbis paulò feuerioribus.

Producere aliquem falsa spe, pro Remorari & detinere, ac deludere, dixit Terentius. *Detener le colgado con uana esperança*. quemadmodum dixit Cicero, Conditionibus hunc quoad potest producit. *Detiene lo quanto puede con partidos, y buenas palabras*. Nam Producere, & longè ducere, & in longum ducere significat: hoc est, Porro ducere, siue de itinere, siue etiam de tempore dicatur. *Lleuar*.

Verfari in multis malis, est assiduum esse in ærumnis & calamitatibus: vel perpetuò & sine intermissione doloribus & angustiis premi. Malum enim, & in plurali & in singulari, pro ærumnis & doloribus sumitur: vt paulò ante, Ingeram mala multa.

Verfari in discrimine, vel in discrimen rem aliquam, dixit Cicero, *Estar en peligro*. & Verfari in rebus exulceratis, aut in magnis angustiis, *En grandes angustias y congoxas*. Sic etiam dixit idem, Puerum verfari in timore ruinae, *En temor de cayda*.

Conficere sollicitudines alicui, pro Afficere aliquem sollicitudine, si dicere liceat. *Congoxar o poner en cuydado a alguno*. Hoc est, Aliquem sollicitudinibus onerare, iniicere, vel conijcere aliquem in sollicitudines, *Cargar alguno*

alguno de congoxas, o meter le en congoxas. Peculiaris sermo Terentio. dixit etiam Conficere flagitium, in Phormione. *Hazer uellaqueria*. Profectò nisi caues, tu homo aliquid gnato conficies mali: in Heautontimorume. Hoc est, Eris in causa, quapropter filius meus in aliquod malum incidat, *Tu seras causa de su mal*.

Quid istuc tam mirum est, si de te exemplum capit? *Que es tanto de marauillar, si toma exemplo de ti*. hoc est, quando tu es illi exemplo? vel illi exemplum præbes? Quid hoc tam mirum est, si quotidie vsque ad nonam stertas? *Que es esto de tanto marauillar, si cada dia te duermas y ronques hasta nuue horas?* Locutio in vulgari & communi sermone admodum frequens, cum aliquem apud nos de suis ærumnis, aut malis conquerentem reijcimus: dicimusque in causa fuisse, quapropter acciperit, vel meritò suscepisse ea incommoda: atque hoc sit exempli gratia propositum. Quid est Iacobe? quid tristis es? Ah nescis quantas hic nebulo mihi confecerit sollicitudines: fecit vt hesternæ die vapularer à præceptore ferè vsque ad necem. Quid istuc mirum est, si quotidie pugnis decertes cum eo? hoc est, id verò minimè miror, cum quotidie, &c. *Yo no me marauillo desto como*

cada día andes a las puñadas conel: Paulo tritius & vulgatus dicas, Ego non multum miror, vel Quid oportet mirari? vel Quid mirandū est? &c. Sed multo elegantior est prior locutio.

Quemadmodum res aliqua nobis præbere & dare aut exhibere exemplum dicitur: Satis exemplorum, ait Lilius, nobis alienæ clades præbent. *Dar exemplo*. Quemadmodū etiam aliquis esse nobis exemplo profertur: non tibi exemplo satis sum? *No te soy yo barto suficiente exemplo?* Sic etiam ab his qui dant nobis exemplum & sunt nobis exemplo, *Capere exemplum & Sumere exemplum* dicimus. *Tomar exemplo*. Cicero, Earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis. *Tomar exemplo de aquellas cosas por la semejança de su mocedad*. Inspicere tāquam in speculum vitas aliorum iubeo, atq; ex alijs sumere exemplum sibi. Terentius. *Tomar exemplo de los otros*. Sibi exemplum expetere & sumere ex re aliqua bene gesta, dixit Plautus. *Tomar exemplo*.

Altercari, propriè mulierum est, *Reñir, contender, y porfiar*. Vndè Altercari inter se mulierum ritu, dixit Lilius. *Reñir a manera de mugeres*. Altercari cū aliquo etiā dicim⁹. *Contender con alguno*. T. Labienus altercari cū Vatinio incipit, *Comēço a cōtender cō Vatinio*. Litigare autem,

autem, lōgiorem disceptionem significat, & hoc sine iniurijs, quasi lite contendere. *Hæzer pleyto*. Litigare se simulans, blanditur. Cum Cæsare putat se litigare. *Piensa de pleyto ar con Cesar*. Iurgare, conuitijs & verbis asperioribus est, & ad seruos propriè pertinet. Cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. *Yo mesmo vi a la criada que reñia con Dauo*. Contendere non solum verbis, sed etiam pugnis est interdum. *Reñir o dar se de puñadas*. vt Cōtendere de dignitate cum aliquo. sic Contendere verbis, pugnis, armis, iurgio, bello, apud Cicero nem. Rixari, est canum more litigare, tamq; verbis, quàm verberibus dicitur. Cum esset cum eo Taracinæ de amicula rixatus. *Despues que auia contendido con el, en lo que tocava a su pequeña enamorada o amiga*.

Aerumnæ, labores onerosos significat, ad animumq; transferuntur, *Grandes trabajos*. Terminus scis erumnas meas. *Tu no sabes mis trabajos*. Anxietates autē, sunt animi fastidia, quæ vocamus, cum dolore & sollicitudine. *Congoxas y molestias*. Euenti anxietate mortuus est, ait Plinius. *Por la tristeza, y congoxa que le tomo por el acontecimiento se murio*. Angor, ait Cicero, est ægritudo premens animi cruciatus, *Anfia*. vndè Capere angorem pro amico, dixit idē: & Robustus atq; excelsus animus omni est liber

liber cura & angore, Vn fuerte y generoso animo, es libre de toda solitud, y de ansias. Angustia verò, sunt difficultates variae, quibus obruitur animus. Angustia. Neminem habet, qui tot rerum angustijs subueniat. No tiene alguno, que le socorra en tantas angustias. Labores etiã dicuntur animi, & ægritudines. Penas y cansancios. Mala quoq; & molestia pro eodem. Trabajos y molestias. Curæ deniq; & sollicitudines. Cuidados y tribulaciones, quorũ omnium exēpla apud autores facilia & communia sunt.

Mane, pro audi, siste paululum, venustũ est: quoties aliquid narramus: eumq; qui nos audit, iubemus aliud etiam audire, & expectare, donec absoluerimus, aut quousq; rem perfectè intelligat. Mane, nondum scis. *Espera o detiene te alli un poco, no lo sabes aun todo.* Quod alioqui corruptè dicas. Expecta expecta, tu non intelligis adhuc totum.

Enecare, pro excruciare verbis, & vehementer angere, perelegans est, dum aliquis non vult diligenter attendere: aut sermonem nostrum (quamuis apertum) non capit, aut interruptit, aut rationib; nostris fidẽ adhibere nõ vult. Cur me enecas? Porq; me matas? nepe dũ ea dicis, quæ vera non sunt. Corruptè dicas, Tu facies me mori. sic dum aliquis narrat quod verum non est, tecumque de re falsa
conten

contendit, dicere potes, Enecas: vel, Tu me enecas: vel, Cur me enecas? Præceptor de nobis sumpturus est supplicium hodie. Minime verò. Imò etiam ex seruo audiui modò. Tu me enecas. Hoc audi, nobis percipit. Maiorem vim habet, quàm Obtundis. Nam Enecas, in maxima anxietate dicitur: Obtundis autem, in verborum iniuranda multitudo: quo loco barbarè dicitur, Tu frangis mihi caput. Tu me quiebras la cabeza. Da mihi hodie mutuò thecam penariam. Non dabo. At reddam vesperi. Mihi nunc scribendum est. Scribes die crastina: obtundis, hoc audi, non dabo.

Hoc audi, *Escucha aun esto.* pro Hoc etiam, vel Adhuc hoc audi: & quod corruptè dicitur, Audias adhuc hoc, peruenustum est. Mane, nondum scis. Hoc audi, vel hoc etiam audi. fiet quod peris. poterit etiam in alium sensum dici hoc pacto, cum aliquis suis verbis nos obtundit, & à nobis petit quod nolumus dare. Fac quæso vt tuum codicem habeam. Non possum. Quĩ sic? Mihi necessarius est. At tibi protinus eum reddã. Obtundis: hoc audi, non dabo. Quod alioqui barbarè dicitur. Intelligis tu bene hoc? *Entiendes bien esto, no te lo dare.*

Nunq̃ desistit instare vt id facerẽ, donec
perpu

perpulis. *Nunca cesso de me molestar, que hiziesse esto, tanto que al fin yo fuy costreñido de hazerlo. Frequentissimè hoc accidit, vt dicas in communi sermone, cum quis longa oratione & precibus à te contendit, vt aliquid facias. Vis est in dictione [instare] quod verbum præsertim dactiuo iunctum, significat molestius & vrgentius sollicitare aliquem. Apretar o apremiar alguno. Cicero, nolí mihi instare, vt iudicem. No me apremies que lo juzgue. Perpellere etiã vim habet maximam, pro tandem vel ad extremũ impellere & iducere atq; obtrudere ac cogere vi vel precũ, vel alia ratione. Costreñir, y atraer por fuerça, o por ruegos a alguna cosa. Ego primũ miser perpuli meis dolis senem. Nunquam igitur destitit instare donec perpulit: admodum elegans est, vt hoc in exemplo. Cur id fecisti? Fui coactus. Quis coegit? Petrus. Quis petrus? Quem vides. Quamobrem? Nunquam destitit instare, suadere, orare vt id facerem, donec perpulit. Nunca cesso de me apremiar, rogar, suplicar, que yo lo hiziesse hasta que me costreño a hazerlo.*

Sat scio, & satis scio, apud Terentium, in eo sensu sumũtur, qui vulgò dicitur, Ego me dubito quòd. *Yo tengo por mi. Sat enim, non perfectè, sed quodam modo, hoc loco significat. Persuasit ille impurus, sat scio. Aquei*

mal

mal hombre le ha persuadido, o hecho creer, yo lo se bien. Vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio. No dudo sino que luego se tornara aca. Sic hoc loco, Deos mihi satis scio fuisse iratos, qui auscultauerim. Yo se bien que los dioses fueron indignados contra mi, porque le obedesci. Nã auscultare, cum dactiuo vel subaudito, vel expresso, obedire significat: quòd, inquit Varro, auscultare dicuntur, qui auditis parent.

Quod, nisi hoc, consilium dares? *venustũ est, cum subauditur id quod alioqui tacendũ est. Prolixius dicas. Quod consilium aliud dares, nisi velles dare hoc consilium? Que consejo querrias tu dar otro que este? Sæpissimè hoc incidit in communi sermone. Exempli gratia, cũ aliquem reprehendis alicuius facinoris quòd perperrauerit, sic poteris interrogare ad formam Terentianam, Factum est hoc à te Petre? Factũ. Duxisti Antonium tecum ad flumen, vt nataret? Duxi. eho, dic mihi, quis hoc tibi consuluit? Nemo. Hem scelerate, si puerum perditum ac submersum velles, quòd, nisi hoc, consilium dares? Si tu quisiesse que el mocha eho fuisse perdido, y ahogado, que consejo le darias si no este?*

Succedere, negotium, res, aut aliquid dicitur, cũ euenit, aut accidit ex animi sententia. *Succeder o acacer segun el desseo, hoc est, prosperè cedere*

cedere & euenire. Lepidè hoc succedit sub manus negotium, Plaut. sic Succedere incœptum, dixit Lilius, *Succeder en bien lo començado.*

Aggredi negotiũ aliqua via, per translationem, est incipere aliquo pacto, vel modo, *Començar por algun medio.* Hac non successit, alia aggrediemur via. *Por esta uia no succedio: acometeremos por otra.* Aggredi autè est propriè, quod dicimus vulgò, *Acometer o començar, vt, Aggredi opus magnum & difficilè, apud Hirtium: quod tamen & Aggredi ad opus, pro Se accingere, & incipere atq; intentare dicitur.* Sic ad huius loci formam, Aggredi viam ad D. Nicolaum, dicere poteris, *Començar o tomar el camino.* & Aggredi viam ad aliquod negotium. *Tomar o començar medio para algun negocio.*

Procedere res dicitur bene vel prosperè, cum feliciter cedit aut cadit, *El negocio ua bien, o sucede bien.* Prosperè vobis cuncta vsque adhuc processerunt, *Todas las cosas os sucedieron hasta aqui prosperamente.* Malè autem procedere dicitur res, cum infeliciter, & minus prosperè cadit, *El negocio ua mal, o sucede mal.* Vt hoc loco. sic Lilius, vbi id parũ pcessit, obsidiõ, munitionibusq; cœpti premi hostes. *Como a quello succedio mal, entonces començaron a apremiar los enemigos cercandolos y con artilleria.* Procedere negotium

gotium absolutè, est id quod vulgò proferrimus, *Ir adelante o proceder el negocio.* Quo tandem pacto procedit res tua? *Como procede tu negocio?* Certè parum vel nihil procedit, *Mal sucede.*

Conuertitur res, malum, ægritudo, ad salutem: cum ex aduerso statu inclinatur, & deflectit ad sanitatem, vel prosperam valetudinem tam animi, quàm corporis. *El mal se torna en bien.* Conuertitur enim res dicitur, quæ in aliam partem vertitur. vt Conuertitur crimen in laudem, *El pecado o acusación se torna en alabanza.* Hoc est, Virtus in vitium conuertitur. Sic, Conuertitur alicui vitium in bonum, Cicero.

Aduigilare, est vigilando dare operam; tam in bonum, quàm in malum: id autem ornatus adfert compositio, *Trabajar uelando y parando mientas.* Satis credo, si aduigilaueris, ex rudi & insulso fies doctus & eruditus iuuenis. *Yo se bien, q si trabajares, de rudo, y boto uendras a ser docto y letrado manco.* Vt literas condiscas, atque ex docto doctior euadas, plurimum aduigilandum est, *Es necesario uelar sobre ello con mucho trabajo.* Id autem est, quod vulgatius dicitur, *Aplicare ingenium suum, vigilando operam dare, Aplicar su corazón o animo a alguna cosa.*

Debeo

Debeo tibi hoc pro seruitio, vel seruitu-
tetua: hoc est, quod dicitur, obligatus sum ti-
bi pro seruitute. *Yo te soy obligado a esto por tu
servicio.* Parētibz & patriæ hoc debemus om-
nes, vt salutē nos ab ijs accepisse fateamur.

Manibus, pedibus, noctēsq; & dies co-
nabor, capitisque periculum adibo, dum pro
sim tibi: hoc est, omnibus viribus enitar, om-
nem operam nocturnam atq; diurnam, cor-
pusque denique totum, vsq; ad capitis peri-
culum exponam, atq; insumam, vt sim tibi
vtilis, vt tibi obsequar. Extremam serui aut
amici operam ac diligentiam ostendit Teren-
tius, hoc prouerbio, quod in communi lo-
quendi consuetudine facile adhibemus, au-
thoris tamen nomine præscripto.

Tuum est, tuæ sunt partes, tuum est offi-
cium, tuum est munus, idem. *A ti pertenescer tu
oficio es de entender en esto.* Potest etiam in ali-
um sensum contorqueri, vt hoc loco, Tu-
um est, si quid præter spem euenit, mihi igno-
noscere: hoc est, quod vulgò dicitur. Place-
bit tibi, vel hoc facere poteris, si voles. *Pla-
zer te ha, o si tu quisieres podras hazer esto.*

Præter spem, contra quàm, vel atq; spe-
rabam, aliter atque existimabam, præter opi-
nionem, consimiles ferè sunt loquendi fora-
mulæ, superius iam satis explicatæ. *Fuera de
lo que*

*lo que yo esperaba contra mi voluntad, de otra manera
que yo pensaua.*

Missum facere seruū ali-
quē, est quod dicitur, Foras mittere, quod qui-
dam dicunt, Dare licentiā, *Embiar suera, o dar li-
cencia.* vel potius quod dicitur, Dimittere ali-
quem, *Dexar le.* Si tibi minus placet quod ago,
me missum face, *Dexa me.* Noli vti amplius
opera mea, ait Donatus. Sic paulò post, Puer
est natus, nos missos face, *Da me licencia.* Sic
etiam, Missa facere ea de quibus loquimur,
pro eo quod dicimus, *Passar adelante.* Et Mis-
sum facere amorem, missam facere vxorē,
missum facere vadimonium, *Dexar lo ally,* quasi
extra vel foras mittere.

Cupio, pro eo quod dicitur barbarè, Ego
sum bene contentus, venustum est: quoties
vel seruus, vel aliquis alius petit à nobis cū
surgio, aut verbis asperis, quod ipsi etiā ve-
hementer cupimus. Id vertes in vsum vul-
garem hoc exemplo, Præceptor, si tibi mi-
nus videor obsequens, si etiā indignus, quē
erudias, me missum facto. Cupio: persolue
mihi quas insumpsi pecunias tua causa. *Yo
lo deseo, yo soy contento, paga me el dinero, que he ga-
stado por ti.* Si tibi mea dicta non placent, mis-
sa facias. Cupio, corruptè dicas, Ita da, ego
bene volo.

Concrepuit ostium, Fores concreperunt
Ff ab illo,

ab illo, à Glycerio, à Pāphilo: hoc est, Ostiū Pamphili concrepuit, propriè dictum pro eo quod vulgò efferimus, He oydo hazer ruydo la puerta de un tal. Nam ostium emisit vel fecit strepitum, propriè non dicas. Concrepare etiā ad arma, & armatam multitudinem, apud Ciceronē. Hazer ruydo de arneses o armas.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. In hac scena infrauratio est adhortationis Pamphili per Mysidem. necesse enim erat exhortari rursus adolescentem, ne sub patris oppressione frangeretur.

MYSIS. PAMPHILVS. CHARINVS.
Dauus.

IA M ubiubi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum

Tuum Pamphilū. tu modò anime mi noli te macerare.

P. Mysis. M. quid est? hem Pamphile optime mihi te offers.

P. Quid est? M. orare iussit, si se ames, heu, iam ut ad sese uenias:

Videre ait te cupere. P. uah perij: hoc malū integrasit. Siccine me, atque illam, opera tua nunc miseros sollicitarier?

Nā idcirco accersor, nuptias quòd mihi apparari sensit.

C. Quibus quidem quā facile poterat quiesci, si hic quiesset!

D. Age, si hic non insanit satis sua spontè, infliga. M. atque adepol

Ea res est, propter quam nunc misera in mœrore est.

P. Mysis.

P. Mysis,

Per omnes tibi adiuro deos, nunquā eam me deserturum: Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omniscis homines.

Hanc mihi expetiui: contigit. conueniant mores. ualcant Qui inter nos dissidium uolunt. hanc nisi mors, mihi adimet nemo.

C. Respisco. P. non Apollinis magis uerum atque hoc responsorum est.

Si poterit fieri, ut ne pater per me stetitisse credat,

Quò minus hæ fierent nuptiæ, uolo. sed si id non poterit,

Id faciam, in proclui quod est, per me stetitisse ut erodat.

Quis uideor? C. miser æquè, atque ego. P. consilium quæro. C. fortis,

Scio quid conère. D. hoc ego tibi profectò effectum reddam.

P. In hoc opus est. D. quin iam habeo. C. quid est? D. huic, non tibi, habeo, ne erres.

C. Sat habeo. P. quid facies? C. dō. D. dies hic mihi ut sit satis uereor

Ad agendum: ne uacuum esse me nunc ad narrandum credas.

Proinde hinc uos amolimini: nā mihi impedimento estis.

P. Ego hanc uisam. D. quid tu? quòd hinc te agis? C. uerum uis dicam? D. imò etiam

Narrationis incipit mihi initium. C. quid me fiet?

D. Eho tu impudens, non satis habes, quòd tibi dicendam addo,

Ff ij

Quantū

Quantum huic promoueo nuptias? C. Daue, attamen.
D. quid ergo?

C. Vt ducam. D. ridiculum. C. huc face ad me ut uenias,
si quid poteris.

D. Quid ueniam? nihil habeo. C. attamen si quid. D. age
ueniam. C. siquid,

Domi ero. D. tu. Mysis dum exco, parumper me hic
opperire.

M. Quapropter? D. ita factio opus est. M. matura. D. iam
inquam hic adero.

CONSTRUCTIO.

[Ego Mysis] Curabo) Dabo operam

Iam)nunc

Inuentum)vt inueniam

Et adductum mecū)& vt adducā mecum

Tibi)Glycerio

Tuum Pamphilum)amatorem

Vbi vbi)vbicunq, quocunq, loco

Erit) fuerit, inueniri poterit. Mysis exit à

Glycerio, fingitq, sibi dictum ab ea, vt Pam-
philum ad se adducat.

Modò)Nunc Tu)Glycerium

Mi anime)meus animus[rogo]

Noli macerare te)ne sollicitudine te con-
feceris, Adonde quiera que estuuiere tu Pamphilo yo
hallare medio de buscarte lo y traer le con migo luego,
agora mi coraçon yo te ruego que no te fatigues ni ator-
mentes mas. Delicatiores sunt ancillarum verba,
& cons

& consolatoria. [ô] Mysis)exclamantis, cū
videat Mysidem.

Quid est? O Mysis que es? que ay? ex insperato
aliquem audientis.

Hem Pāphile)aduertit Pamphilum [tu]

Offers te optumē mihi.)optato aduenis.

O Pamphilo a buen tiempo uienes.

Quid est?)interrogantis, Que ay?

Hera)[mea Glycerium]

Iusit)præcepit[me]

Orare)petere[à te Pamphilo]

Vt)[tu] Venias)accedas

Ad sese)[domum]

Iam)protinus;nunc,

Si ames se)si diligis eam, Mi ama me mando
que te dixesse, si la amas q te despaches y des pricessa de
uenir a ella luego en la hora.

Ait)dicit Se cupere)desiderare

Videre)vt videat

Te)amatorē suum, Ella dixit que te tiene grāde
de seo de uer te.

Vah) animi ferè desperantis [ego Pam-
philus] Perij)interij,

Malum)hæc sollicitudo mea[de nuptijs]
Integrascit)integratur, repetitur, renouas-
tur, Perdido soy, este mal y cuydado o congoxa se re-
nueva. [ô Daue]

Siccine)an sic[oportet vel licet]

Ff ij

Nunc

Nunc) modo
 Sollicitarier) perturbari
 Me) Pamphilum,
 Atque illam) Glycerium
 Miseros) incoelices
 Tua opera) tua industria, tuo consilio,
 tuis fallacijs! *Ansi es necesario, que yo y ella des
 dichados seamos, tan turbados, y congoxados por tu
 causa y hecho?*

Nam) Etenim [ego Pamphilus]
 Accersor) conuocor [ab hac ancilla]
 Idcirco) ob id
 Quod) quia [illa Glycerium]
 Sensit) percepit, intellexit
 Nuptias apparari mihi) Pamphilo. *Porque
 embia me a llamar a causa, que oyo dezir, que se me apa
 rejauan las bodas. Commotus Pamphilus ob id
 quod Mysidem videt, accusat Dauum, sub
 dubitaréque se ait, Glycerium, sensisse has
 nuptias.*

Quibus quidem) [nuptijs]
 Quam) quantum
 Facile poterat quiesci) poteramus abstinere,
 superfedere,
 Si hic) Dauus
 Quiesset) nihil effutisset, superfedisset
 [à consilio quod tibi dedit.] *Sin las quales bien
 nos pudieramos passar facilmente, si este se estuiera
 quedo.*

quedo. Charinus prosequitur sermonē Pamphili, augētque dolorem, dum in Dauum etiam inuehitur.

Age) Agedum, [ô Charine]
 Instiga) impelle [tuis verbis hunc Pamphilum] Si) quando
 Hic non insanit satis) non est satis commotus, aut concitatus, vt ferè insaniat, Ea pues Charino incitalo aun, si el no esta harto enloq̄scido. hoc dicit Dauus cum metu & indignatione, non audientibus Pamphilo & Charino, quia vis debat Charinum angere suis dictis animum Pamphili, & magis erga se commouere.

Atque ædepol) & per ædem Pollucis iuramentum cum affirmatione, [ô Pamphile]
 Ea res) [quam narras de nuptijs]
 Est) [causa]
 Propter quam) quãobrē [ipsa Glyceriū]
 Misera) commiseratione digna
 Est in mœrore) tristitia
 Nunc iam.) [timet enim ne se deserat, atq̄ ob id est mœsta.] *Y ciertamente esta la causa por la qual la desdichada esta al presente tan cõgoxada.*
 Mysis,) vocat eam cum attentione. [ego Pamphilus]

Adiuro) asseuero cum iuramento
 Tibi) Mysidi
 Per deos omnes) Me) Pamphilum
 Nunq̄

Nunquã deserturum) quod ego nunquã
deseram Eam) Glycerium,

Non) [deserturum inquam eam,]

Si) etiam si [ego]

Sciam) intelligam,

Omnes homines esse capiundos inimicos
mihi) inimicitiam mihi contrahendam esse
cum omnibus hominibus, omnes homines
mihi fieri oportere aut debere inimicos, My
sis. yo te juro por todos los dioses, que nunca la dexare
jamás: no aerta aun q̄ yo pensasse de auer todos los hom-
bres por ello mis enemigos. [ego enim]

Expetiui) desideravi, volui habere

Hanc) Glycerium Mihi) Pamphilo
[tanquam meam,] [illa mihi]

Contigit) sorte, secundũ animi affectum,
Mores) [illius Glycerij]

Conueniunt) concordant [cum meis,] Yo
dessee o escogi esta para mi, ouela, o uino me como de-
seaa: sus costumbres cõciertan y conuienen con las mi as.
[Itaque]

Valeant) abeant, recedant, aut pereant,

[Si] qui volunt) expetunt, desiderant

Dissidium) litem, discordiam [esse]

Inter nos) amãtes, inter vtrunq; nostrum,

Nemo) Nullus homo

Adimet) auferet Mihi) Pamphilo

Hanc) Glycerium,

Nisi

Nisi mors) præterquam mors. mea perpe-
tuò erit, nisi aut ipse moriar, aut ipsa moria-
tur. *va yan se en ora mala los q̄ entre nosotros quiere-
o buscan discordia, ninguno me la quitara, sino la muerte.*
[ego Charinus, nunc]

Resipisco) mentem resumo, sensum rea-
uoco, redeo ad me [cum hæc audiam,] *Ya tor-
no en mi.*

Responsum) oraculum

Apollinis) [quod reddebat Delphis in tri-
pode,]

Non est magis verum) non est certius,

Atque) quam

Hoc) responsum, [quod tibi dico]

Est) [verum.] *La respuesta y oraculo de Apollo,
no es mas cierto ni verdadero, que esto. Iuramentum
omnium maximum, quo certior ancilla fiat
eorum quæ affirmat.*

Si poterit fieri) Vt pater) [meus]

Credat) certò intelligat,

Nō stetit) per me) me nō fuisse in causa

Quo minus) vt non

Hæ nuptiæ fierent,) [ego Pamphilus]

Volo,) cupio, accedo [ad id quod deinde
futurum est,] *Si es posible de hazer se ello asi, que
mi padre piense, que no quedo por mi, que estas bodas no
ayan sido hechas asi desseo que ello sea.*

Sed) Verum) Si non poterit) [fieri]

Id)

Id) [quod supra dixi,] [ego]

Faciam) efficiam, curabo

Vt credat) intelligat [pater meus]

Sterisse per me) me in causa fuisse, [quominus fiat] Id) [negotium de nuptiis]

Quod est in procliu) quod procliuè est factu, quod ferè iam factum est, quod breuit futurum est, quod iam inceptum est. *Mas si esto no se puede hazer, yo hare que entienda, que quedo por mi, lo que ya esta cerca que se haga.*

Quis) [tibi]

Videor) [esse:] *Quien te parece que yo soy?* Cui magno affectu & iactantia, atq; animi indignatione hoc dicit. [tu es]

Aequè miser) adeò constitutus in miseria, adeò ærumnosus

Atq; ego) Charin⁹, *Tan desdichado y miserable como yo.* Ironicè hoc dicit Charinus, non audiente Pamphilo. [ego Pamphilus]

Quæro) disquiro

Cõsiliũ) [de his rebus quas acturus sum,] *Yo busco consejo de lo que deuo de hazer.* [Tu es]

Fortis) studiosus, virtutis amans, sapiens, [qui id quæras.] nam pauci sunt ex iuuenibus, qui consiliũ quærant, *Hombre de hecho eres, o uaronil.* [ego Charinus]

Scio) intelligo, noui

Quid conere) quid moliaris, *Yo se lo que trabajas.*

bajas de hazer. [Sed nescio an id præstare, aut tandem absoluere poteris] [ô Charine]

Profecto) certè Ego) Dauus

Reddam tibi) Pamphilo

Hoc) [negotium]

Effectum) absolutum, *Cree que yo te lo dare acabado y cumplido.* Hoc est, Ne sis anxius, spero propediem, vt rem absolutam videas, quemadmodum speras, Dauus audiens herum suum consiliũ quærerere, & eum bono animo esse, pollicetur se omnia præstaturum. [sed ô Daue]

Opus est iã) necessariũ est nũc, vt facias aut præstes Hoc) [quod ais te effecturum] *Es menester que esto sea agora luego.* Urget enim res ipsa, & nocet differre paratis.

Quin) Imò verò [ego Dauus]

Habeo) est mihi in promptu

Iam) nunc [id consiliũ quod petis.] *Mas antes yo lo tengo ya.* [ô Daue]

Dic) exprime [nobis]

Quid est) [hoc consiliũ quod habes?] *Di nos lo que es.* Ostendit Charinus affectũ animi, quòd velit libenter aliquod inuentum consiliũ, vt diducatur Pamphilus à futuris nuptiis: id verò suspicans Dauus ait [ô Charine]

Ne erres) ne fallaris, ne decipiaris, [id consiliũ]

filium quod habeo, ego]

Habeo) teneo

Huc) Pamphilo, pro hoc Pamphilo, vt adferam adiuumentum huic hero meo,

Non) [autem]

Tibi) pro te, in salutem tuam, *Mira tu, no te engañes, para este lo tengo, no para ti.* [Ego Charinus]

Habeo sat) sat mihi est [ex eo quod dixisti:] hoc est, quod aliqui dicūt, sufficit mihi, vel ego apud me satis habeo consilij, vt nihil sit mihi opus tuo.

Cedo) Dic, agetum [Daue]

Quid facies?) quid molteris? quid inuenies [vt me eripias ex his ærumnis?] *Abastame, mas dī me pues que haras?*

Vereor) Timeo

Vt hic dies sit satis mihi) ne hic dies mihi non sufficiat

Ad agendum) [quod molior,] *Tengo miedo que el día de oy no me abaste para lo que yo determino de hazer.*

Ne credas) vt etiā nō existimes, nō putes, Me esse vacuum nūc) mihi nunc esse vacuum tempus, mihi vacare tempus aliquod

Ad narrandum) recensendū [tibi id quod sum factururus,] *Porque no pienses que yo tengo tiempo agora para tecontar lo que tengo de hazer.*

Proinde) Cæterū,

Vos) tu Charine, & tu here

Amor

Amolimini) recedatis

Hinc) ex hoc loco,

Nam) Etenim [vos]

Estis impedimento mihi,) nocetis mihi, & his quæ acturus sum. *Por tanto uosotros apartados de aqui, porque me estorua ys. Quod enim sum acturus, vos presentes non desiderat.* [Igitur]

Ego) Pamphilus

Visam) Inuisam, Inuiso

Hanc)

Glycerium, [quam ancilla mihi in moerore esse nunciat, quod me non videret,] *Yo ire a uer a esta Glycerio.* [Interea dum technas tuas conficies.]

Quid) [autem facis]

Tu Charine? cur nō hinc etiā te amoliris?

Quod agis te nunc?) quod ambulas? & tu que haras? *adonde te uas?* Increpat remorantem, & nō satis citō discedentem, ac si dicat, *Quid hic cessas? cur non ocys promoues?*

Vis) [tu Dauus, vt ego]

Dicam verum) [tibi!] *Quieres que yo te diga la uerdad.* Incipit iam velle narrare aliquid.

Imō etiā) [nunc iste]

Incipit mihi) Dauo [recensere]

Initium narrationis) [suæ,] incipit narrare orationem suam, *Mas aun este me comiença de contar su cuento.* Hoc est, nunc cum mihi est accelerandū, iste longis orationibus me cupit detinere, per ironiam, & alio non aduertente

tente

tente hoc dicit. [ô Daue]

Quid fiet me?) de me? *Que sera de mi?* Hoc est, de te mea quid agetur & ducturúne est ille Philumenam, an ego?

Eho tu impudens) heus tu inuerecunde, Nō) nunquid – Habes satis) tibi sufficit Quod) [ego Dauus]

Addo dieculā) [ad ea quæ fieri debebant]

Tibi) Charino: hoc est, quod facio, vt mora, vel parua dies, aut tempusculum protrahatur tibi, dum proficiscaris aliquod, ne hoc videas, id enim tantum superiori actu à me petisti. Quantum) donec [ego]

Promoueo) differo

Nuptias) Philumenæ

Huic) Pāphilo: *ven aca hombre de su ergonçado no te abasta que te doy un dia pequeño para respirar, entre tanto que las bodas deste seran prolongadas?* [ô]

Daue, attamen) reticentia est. O Dauo a lo menos. Quid ergo?) quid autē? quid igitur [vis dicere?] *Que pues?* [fac]

Vt) [ego Charinus]

Ducam) Philumenam, *Que yo la ayá en muger.*

Ridiculū) [est quod ais.] Vel, ridiculū caput. *o cosa digna de reir.* [at saltem tu Daue]

Face) fac, cura

Vt venias ad me huc) vt huc regrediaris, Si pos

Si poteris) [efficere]

Quid) aliquid [in hac re,] *A lo menos, que tu tornes aca a mi si tu pudieres hazer alguna cosa.*

Quid,) [petis vt]

Veniam) [ad te?] *Que dizes que uengas?*

[Rectē iubes: nam]

Nihil habeo) [quod agam, aut dicam tibi.] per ironiam. *No tengo nada para ti.*

Attamen) At saltem

Si quid,) interruptus sermo. *Mas si algo.*

Age) Agedum [ego]

Veniam) [ad te,] *Ea pues yo uendre. vix concedentis.* Si quid) [efficies,] interruptus etiam sermo. [ego Charinus]

Ero domi) meæ [vt illuc ad me venias,] *si algo ouiere, yo estare en casa.*

Tu Mysis) Opperire) expecta

Me) Dauum Hic) in hoc loco

Parumper) paulisper, tantisper

Dū exeo) recedo, [vt faciā id negotiū quod habeo] *Tu misis esperame aq un poco entre tanto q' salgo.*

Quapropter?) ad quid [te operiar?] *Para que?*

Est opus ita facto) sic faciendū est, [Igitur ô Daue]

Matura) accelera,

Inquam) dico tibi [ego]

Adero) redibo Iam) nunc, protinus

Hic) vbi tu me expectas, *a si es menester, da te priessa pues, luego sere aqui.*

Scholía.

SCHOLIA.

Vbi vbi, & Vbicunque idem sunt. signifi-
 cant autem in quocunque loco, *En qualquier
 lugar o parte que sea. vt, Vbi vbi erit, tamē in-
 uestigabo, & mecum ad te adducam simul.
 Idipsum est, quod ait hoc loco Terent. Vbi
 vbi erit, inuentū tibi curabo, & mecum ad-
 ductum. En qualquiera parte que sea, yo te lo hallare
 y te lo traere. Vbi vbi sit animus, ait Cic. certē
 quidē in te est. Vbicunq; & frequētius est, &
 elegātius, Vbicunq; factū est, improbē factū
 est. En qualqera parte q̄ fue hecho, fue mal hecho. Cis-
 ues Romani vbicunque sunt, vestram seues-
 ritatem desiderant. En qualquiera lugar que esten.
 Maioris autem expressiois aut vehemens-
 tiæ causa additur terrarum, vel gentium:
 Vbicunq; terrarum sint, ibi est omne Rei-
 pub. præsidium, *En qualquiera parte del mundo que
 esten. Vbicunq; erit gentiū, à nobis diligetur.**

Inuentum curabo, adductum curabo, fa-
 ctum curabo: pro Dabo operā vt inueniam,
 adducam, faciam, perelegans est. *Yo trabajar de
 le hallar, traer, hazer.* Sic idem Terentius actu
 sequenti, Cura asseruandum vinctum: pro,
 Cura vt vinctus adseruetur. *Ten cuydado que
 sea guardado y atado.* In eam formam loquēdi,
 si quis tibi præcipiat, vt hoc vel illud facias,
 eleganter respondebis, Factum curabo: atq;
 ita de

ita de rebus omnibus alijs.

Anime mi, blandientis vox, tam comi-
 ca, quàm etiã sermonis vulgaris, præcipuè
 ad muliercularum blandimenta pertinens.
 quale est, Meus ocellus, mea rosa, mi anime,
 apud Plautum. Sic etiã Meum corcu-
 lum, meæ deliciæ, mea lux, meum suauis-
 um, mea vita, & huiusmodi. Hinc Cicero
 Terentiæ & Tulliolæ duabus animis suis,
 scripsit: quo in loco [animus] vel pro corde
 quod vocant, (in quo aiunt Philosophi se-
 dem esse animi) vel pro cogitatione quæ in
 animo est sumitur. Anime mi salue. *Dios te
 guarde mi coraçon.*

Macerare, ad animum translatum, est se
 excruciare, & curis ac sollicitudinibus, vel
 mœrore aut tristitia conficere. *Atormentarse,
 matarse con cuydados o tristeza.* Nam quemadmo-
 dum ignis, calor, aut inedia corpus macerāt,
 hoc est emaciant, vel conficiunt: sic etiã cur-
 ra, angustia, mœror animum macerant atq;
 excruciant. Egomet me concoquo, inquit
 Plautus, & macero & defatigo. Idē ait, Hoc
 facinus me miserum macerat, meumq; cor,
 corpusq; cruciat. Vndē morbus dicitur ho-
 mines macerare, hoc est, attenuare & contem-
 rere: & Fames hominem macerat, apud Li-
 uium. quod Varro macrescere dicit. *Emas-*

Gg ciate ma-

ciare magis propriè ad corpus refertur.

Optimè te mihi offers. *Tu uienes a muy buen tiempo.* optato aduenis, oportunè mihi ades, idem sunt. Offert autem se alicui, qui venit obuiam, qui fit obuius, qui in itinere alicui fit obuiam, *El que uiene al encuentro, o se encuentra con el.* tamque ad corpus, quàm ad animum refertur. Ad corpus, vt hoc loco. Ad animũ, vt *Obrulit se suaq; omnia mihi.* *Offreciose me a si, y a todas sus cosas.*

Iussit, vt ad se venias, si se ames, melior recipatio, quàm si dicas, Iussit vt ad illũ venias, si eum ames. Nam cum de sola persona loquimur, nullam aliam vel subiungendo vel commemorando, hoc pronomen conuententius est, quàm Is vel Ipse. Itaque si condiscipulum ex præceptoris iussu accersas, sic dicere poteris ex Terentio tuo, Iussit præceptor, si se ames, vt ad se quamprimũ venias. *El maestro dize, que si le amas, que uengas luego con el.* Si autem paulò remotior esset persona, diceremus, ad eum: si remotissima, ad illum.

Integrascere, frequentatiuum, ab [integro] verbo, est multoties integrum fieri atq; inuari: quod de aliquo malo, vel damno, aut in commodo præcipue dicitur. *Renouarse otra uex.* ac passiuè sumitur, quemadmodũ dicimus, **Dolor**

Dolorem, aut vulnus incrudescere, aut res crudescere. Integrare autem, actiuam significationem habet: estque rursus integrum facere. *Renouar*: vt Integrare lachrymas & carmen lamentabile, apud Virgilium: & integrare pugnam. Redintegrare tamen magis in vsu est, quàm vel Integrare, vel integrascere: atque adeò pro Integrascere sumitur, sed actiuè: vt Redintegrare bellum, animum, memoriam, pacem, spem, vires, & huiusmodi. *Rehazer de nucuò.*

Siccine, quemadmodum & hócine, pro An sic, per interrogationem prolatum, venustam habet gratiam in reprehensione, quo loco vulgò dicimus. *Es poruentura ansi? es desta manera?* Præcipueq; in sermone vulgari vsurpari potest: comicis enim proprium est magis, quàm oratorium: quanquam Cicero interdum ea vsus est dictione, Siccine eos censes in armatum hostem impetum fecisse? *¿Pienzas poruentura, que ellos ansi ayan hecho impeto en los enemigos armados?* Siccine agis? *¿Asi lo hazes?* Siccine me tuis dolis illudere conaris? Interrogatio est cum reprehensione.

Opera tua sum liberatus, Opera mea liber factus es: quod corruptè dicas, Per meum modum, per meam industriã, hoc est, **In-**
dustria

dustria ac labore meo, *Por mi industria y trabajo, tamq̃ in malum, quàm in bonum dicitur: vt Mendicitatem mihi obtulisti opera tua. Tu me has poco menos puesto en pobreza por tus engaños, o por tus obras, &, Illius opera nunc uiuo, Por su medio es, que agora uiuo.* Nam Opera, operæ, pro labore & industria sumitur, item etiam pro quocunq̃ conatu, vel fraude, aut dolis. Vnde Bona aut mala opera inuenire auxilium ar-
gentarium dixit Plautus: hoc est, quocunq̃ labore, industria, modo. *Por qualquẽra manera que sea.* Solicitare, qua parte à Solicitus descendit, angere, excruciare, & sollicitum facere significat: quod barbari Inquietare & contristare dicunt, *Atormentar, enbadar, inquietar, desasossegar, y poner en cuydado.* Atq̃ ad animũ potissimum transfertur. Temeritas, libido, & ignauia (inquit Cicero) semper animum excruciat, & semper sollicitat. *Siempre atormentan el animo.* Sic, Nulla res est, quæ te sua natura aut sollicitare possit, aut angere. *No ay cosa que de su natura te pueda atormentar o enbadar.* Quid istuc est facinus (ait Plautus) quod tuũ sollicitat animum? *Que mal es el, que tanto atormenta tu espiritu?* Hoc est, sollicitum te tenet aut reddit.

Quietescere, quemadmodum superfedere, vel abstinere significat, vel quietũ esse. *Cesar, o dexar.*

o dexar. Si uinginti quiessem dies (inquit Cicero) *Si yo me ouiesse estado quedo o reposado ue ynte dias.* ita etiã pro Abstinere à re aliqua, dicere possumus, vt hoc loco. Quietescere à nuptijs, pro Abstinere à nuptiarũ sollicitatione. Multo satius fuisset, si quiesces ab hoc negotio. *Muy mejor ouiera sido, si cesaras o no te pusieras en este negoçio.* Frequentissima est in quotidiano sermone huiusmodi locutio, pro eo quod vulgò dicitur, Melius fuisset quòd tu, &c.

Adiurare, pro admodum iurare, & iuramento maximo rem vehementissimam confirmare, *iurar firmemente.* Frequentius & magis propriè sumitur, quàm pro eo quod vulgò sumimus, hoc est, pro Adigere aliquem iuramento. [ad] enim eo in loco auget, & valde significat: *Adiurasc̃ id te, inuito me, nõ esse facturum, ait Cicero. Y juras fuertemente, que no haras aquello contra mi uoluntad.* Hinc Sanctè adiurare, dixit Terentius in Hecyra: quemadmodum hic, *Per omnes deos adiuro.* Huiusmodi dictionem imitabere, si dicas hoc pacto, *Verũne est quod retulit Petrus de præceptore? Verum. Quĩ scit? Affirmat non esse periculum: adiurat. Affirma que no ay peligro ninguno, y lo jura fuertemente.*

Affectum animi vehementissimum in aliqua pollicitatione maxime demonstrat,
Gg iij atque

atq; id cum venustate repetitio, aut verbi in affirmatione, aut aduerbij in negatione. Affirmationis exemplum hoc sit, Timet herus, ne id facias. At certè faciam: & faciam, etiam si mihi capiundos inimicos esse sciam omnes homines, *Pues yo lo hare cierto, y lo hare aun que supiesse, que todos los hombres me ouiessem de ser enemigos.* Negationis exemplum. Timet herus ne se deserat. Per omnes tibi adiuro deos, nūquam est me deserturū: non si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines. *No la dexare jamas aun que supiesse, &c.*

Capere inimicum aliquem, & Capere inimicitias cum aliquo, idē. *Tomar enemistad con alguno.* Acquirere inimicitias, dixit Plautus: & habere inimicitias cum aliquo, dixit Cæsar. Sed omnium harum locutionum magis frequens & multo probatior est Suscipere inimicitias, & Suscipere inimicum aliquem, *Tomar enemistades, y ponerse mal con alguno.* Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet? *No tiene uerguença una uieja de auer tomado renzilla con una moça o donzella e* Valere, pro iubere aliquem recedere, aut discedere, aut longe abire, venustum est: atque id est quod dicimus. *Irase en ora mala.* vt hoc loco, valeant qui inter nos dissidium volunt. *Vayanse en ora mala los que*

que entre nosotros buscan discordia. sic, Habeat, valeat, viuat cum illa. *Tengala, uayase, beua con ella.* Sic etiam Valeas, habeas illam quæ placet. Si deus talis est, (ait Cicero) qui nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat. *Vayase en ora buena.*

Hanc mihi, nisi mors, adimet nemo. Id est quod vulgò dicitur, Aut ego serua bo eam, aut ego moriar in labore. *Oyo la guardare, o morir en la demanda.* Contextus sermonis elegans, & qui in quotidianis confabulationibus sæpissime interuenit. Exempli gratia. Rumor est, nebulonem quendam tibi domum tuam auferre velle. Hanc mihi, nisi mors, adimet nemo. hoc est, Quamdiu viuam, mea erit. Dum viuam, vel me viuente: vel si quidem viuam, ea mihi non auferetur: vel mea perpetuò futura est, dum vixero.

Non Apollinis magis verum, atq; hoc responsum est: hoc est, Apollinis oraculo verius: proverbium, quo rem aliquam affirmabant antiqui. *Es asi uerdad, como el oraculo de Apollo.* In eam formam dicere poteris, Non est euangelium magis verum, atq; hoc est. *Esto es tan uerdad, como el Euangelio.* Sic, Non dies magis dilucida, atq; hoc est quod tibi propono. *Esto es claro como el dia.* hoc est, ipsa die lucidius.

G iij perues

peruenusta loquendi formula.

Stetit per me, vel Per me stetit, quo minus hoc fiat: hoc est, in causa fui, & quod barbari dicunt, Tenuit ad me, vel fuit per me, *Estuuo por mi, o quedo por mi.* Nō stat per me (inquit Plinius) quo minus cælum intelligas, & cælestia scias. *No esta por mi, que tu no entiendas las cosas celestiales.* Stetit per te, quo minus ego ad tempus venerim. *Fue por ti, o por tu causa, que yo no soy uenido a tiempo.* Hoc est, Tu me detinui, vel Tu in causa fuisti. Tantū per eum steterisse dixit quo minus reliqui persoluerēt, *Solamente por el estuuo.*

Æquē atque, pro, Ita ut, vel sicut, vel quemadmodum, vel non secus atque, venustum est. Quis videor? Miser æquē atque ego, *Tan pobre y miserable como yo.* quod Barbarè alioqui diceret, Tu es bene adeo miser, sicut ego. Ea est venustas dictionis [atque] in medio positæ, ut significet [sicut,] quemadmodum paulò antè, Non Apollinis magis verum, atque hoc responsum est: pro sicut. Æquē, aduerbium, locutionem hanc plurimum venustat, quando pro [tam] sumitur, vel [aded] ut æquē atque, pro vsque adeò intelligatur, quod & æquē ac, dicere poteris: Mihi æquē charus es & iucundus, ac fuisti antea. *Tu me eres tan amigo y agradable, como lo has*
fido

fido hasta aqui. Eum æquē atque te, summa benevolentia sum complexus. *Yo le he tanto amado como tu mismo.*

Reddam tibi hoc effectum, hoc est, Polliceor me tibi rem absolutā redditurū. Polliceor me ostensurum tibi hoc negotium absolutum. *Yo te prometo de te acabar este negocio,* sic dicas, Vix facies quod conaris. At quamprimum faciam. vereor ut id præstare nequeas. Imò ego tibi nunc effectum reddam. *Mas antes yo te lo dare agora luego acabado.*

Ne erres, ne fallaris, ne decipiaris, ne putes, ne credas: id est, quod vulgò dicitur, *Porque no te engañes, o no pienses esto.* Huic dabo, nō tibi, ne putes, aut ne erres, *Yo le dare a este, no a ti, porque no lo pienses así, o no te engañes.* Errare enim dicuntur, qui rem aliter accipiunt, atque debent: quemadmodum qui discedūt à recto itinere, etiam errare dicuntur. Habes quod dixeras? Huic, non tibi, habeo, ne erres. Sic paulò post, Ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas. *Porque no pienses, que tengo espacio de contar te lo.* Ego tibi daturus nihil sum, ne tu frustra sis. Plautus. *Yo no te tengo de dar nada porq̄ note engañes.* hoc est, ne frustra sis deceptus.

Sat habeo, pro eo quod dicitur, Sufficit mihi, vel Sufficit absolutè, venustum est: tamq̄ de rebus, quàm etiam verbis dicitur.

De

De rebus, Vereor ne nō tibi sit abundē satis factū. Sat habeo. De verbis, Huic prodero, non tibi, ne putes. Sat habeo. *Abasta me.* idque cum quadā indignatione dicitur, cum ex alterius verbis colligimus vel inimicitias erga nos, vel quid aliud incommodi erga nos.

Vereor vt id facias, & Vereor ne id facias, idem, atque eleganter, *Temome que hagas esto.* Contrā, Vereor vt non id facias, & vereor ne non id facias. *He miedo que tu no hagas esto.* Interdum Vereor vt, negatione superflua, æquē significat ac si adderetur: vt hoc loco, Vereor vt hic dies mihi satis sit ad agendum, pro ne non hic dies. *Yo he miedo que este dia entero no me abaste a negociar esto.*

Proinde, proin, cæterum, porro, eiusdem sunt in oratione significationis: & post longam narrationem, aut eam absolutam, poni solent, idque significant, quod vulgō dicimus, *Mas empero, por tanto, en lo de mas.* Proin tu sollicitudinem istam omittas, *Por tanto tu dexa este cuydado.* Proinde hinc vos amolimini, *Por tanto uofotros apartaos de aqui.* Cæterum de exclusione verbum nullum. *Mas de auer le echado o no dexado entrar, ni una palabra dize.* Perge porro dicere, *Mas passa adelante, di adelante.* Oratores dicunt, quod reliquū est, & Quod superest. Quod superest, scribe quæso quæ accuratissimè. Cic.

Amoliri

Amoliri, abire, discedere, recedere & secedere, hoc inter se habent discriminis: quod Amoliri dicuntur ea, quæ cum magna difficultate amouentur & tolluntur è medio: vt, Amoliri se aliquis dicat ex aliquo loco, qui vix recedit. Abeunt & discedunt, qui nullo pacto coacti sunt, & sua sponte ac facile loco mouentur. Recedunt, qui locum tantum mutant, & retro mouentur. Recedere cogitamus ex Formiano, inquit Cicero. *Retirar se haziatras.* Secedunt qui seorsum ab aliorum consuetudine abeunt: & est id, quod quidam dicunt Retrocedere, *Hafer se atras.* Fugite omnes, abite, & de loco secedite, *Aparta os del lugar.* Sed hæc differentia plerumque confunditur.

Agere se aliquo, vel ex aliquo loco dicitur is, qui negligentius, & minus celeriter se mouet: estque id quod vulgō dicimus, *Passarse de aqui para alli.* præsertim cum id fit vel propter aliquam sollicitudinem, vel dum aliquid adhuc desideramus, nec dum obtinimus quod ab aliquo sperabamus, quapropter ægrè & grauatè recedimus. Vt hoc loco, Quid tu? quò hinc te agis? Sine negotio incedere, etiam sese agere dicuntur. Atque cum animi causa lentè incedimus, tum dicitur inambulare, obambulare, deambulare, & duo

& duo aut tria spatia per hortum aut porticum vel aulam aut alium locum conficere.

Dar dos o tres bueltas por el jardin o uergel.

Maturare & Accelerare, hoc differunt: quod Accelerare, est quocumque modo. *Adelantarse por qualquier manera que sea.* Maturare autem, est ita progredi, ut adhibeatur industriæ celeritas, & diligentiae tarditas. hoc est, quod vulgò dicitur, *Despachar el negocio, y con diligencia acabar presto alguna cosa.* ut Maturare cœpta, apud *Liurium*: & Maturare fugam, apud *Virgilium*, *Huir con moderacion y templança*. Properare autem & Festinare maiorem celeritatem indicant, *Dar se priessa, y hazer alguna cosa de presto*. Quid festinas mi Geta? animum recipe. *Porque te das tanta priessa mi Geta? toma aliento o huelgo.* sic, *Quò properas? Adonde uas tan de presto?*

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. Hæc scena administrationem doli proponit sub Mysidis persona: quæ dum loquitur, auditur à Chremete. eoque fit, ut deterreatur dare filiam suam Pamphilo.

MYSIS.

NIHILNE esse proprium cuiquam? di uestram fidem,
Summum bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum:
*Amicum, amatorem, uirum in quouis loco
Paratum. uerum ex eo nunc misera quem capit
Dolorem, facile hic plus mali est, quam illic boni.*

Sed

*Sed Dauid exit. mi homo, quid istud obsecro est?
Quò portas puerum?*

CONSTRUCTIO.

Ne aduerbium percunctantis, An, utrum
Nihil) nulla res [potest]

Esse proprium) perpetua, perpetuò data, tanquam sua & propria, non temporalis & mutua.

Cuiquam) alicui? *Es posible que ninguno pueda tener cosa propia para si?* Nam quod habemus, si postea aufertur à nobis, aut alio recedit, id proprium dici non potest. Hoc ait Mysis propter amatorem Pamphilum, quem existimabat recessisse ab amore Glycerij, ut Philumenam duceret.

Di uestram fidem,) auxilium à uobis re-
peto. admittantis cum exclamatione. di date
hic uestrum auxilium, O *Dioses uestra ayuda*
demando. [lego Mysis]

Putabam) existimabam, opinabar
Hunc Pamphilum esse) [debere]

Summum bonum) spem, & expectationem
extremam [meæ Glycerij.] [lego inquam existimasse eum esse debere]

Amicum) [uerum, & non fictum heræ meæ,] [&]
Amatorem) [perpetuum,] *Yo creya que este
Pamphilo era, o auia de ser, el muy grande bien de mi
ama, amigo uerdadero amador o enamorado.*

Virum

Virum) hominē Paratum) qui paratus esse deberet [obsequi heræ meæ]

In quouis loco) vbiq̄, in oībus, Hombre por hazer por ella qualquiera cosa en todo y por todo.

Verūm) Sed [dici non potest]

Quem dolorē) quem mœrorē) [hera mea]

Misera) infœlix Capit) concipit

Nunc) impræsentiarum

Ex eo) Pamphilo [absente,] propter eum, Mas o que dolor y cõgoxa recibe la cuitada al presente por amor del, cū admiratiōe hoc renūciat Mysis.

Facile) certè, profectò, liquidò, manifestò, confirmantis aduerbium.

Est plus mali) maius est incōmodū, dānū

Hic) in dolore & metu [quē cōcepit hera,]

Quām boni) vtilitatis, commodi

Illic) in amico, amatore, & viro [quem paratum vbiq̄ existimabam] Por cierto ay mas mal y trabajo desta parte, que prouecho de la otra.

Sed) Verūm

Dauus) seruus Pamphili [qui me iusserat hic se expectare]

Exit) egreditur [domo nostra,]

Mi homo) Mi vir. muliebris interrogatio.

Obsecro) quæso [dic mihi]

Quid istuc est) [quod portas?] ex verbis Mysidis exprimiē res ipsa. Tū enim detegit Dauus; quod gerebat inuolutū, & puerum esse

esse ostendit: quapropter dicit mulier,

Quod portas puerum?) Mas ueys aqui a Dauo que sale a suera. Mi hombre, o amigo mio, ruego te, que es lo que hazes. A donde lleuas el niño?

S C H O L I A.

Proprium hoc est mihi, vel peculiare esse intelligit, vel in mea possessiōe, vel ppetuū. Peculiare. Plinius, Cæsari proprium & peculiare fuit, præter iam supra dicta, clementiæ insigne, A Cesar le sue proprio y peculiar. Hoc est, hic mos ei fuit frequens & peculiaris. Proprium, in mea possessiōe, & meum, ac, quod dicitur, Cosa mia propria. vt Tradidit Capitori tria prædia propria: apud Cicero-ronem. Que le dio como suyos propios. Proprium, perpetuum. Si illud de duobus consulibus, ait Cicero, perenne ac proprium manere potuisset, Si esto pudiesse que dar perpetuamente. Et statim postea actu sequenti Terentius, Ego, inquit, vitam deorum propterea sempiternam esse arbitror, quod voluptates eorum propriæ sunt, Porque sus gozos y deleytes son perpetuos.

Fides tunc opem & auxilium significat, cum à dijs implorabant antiqui fidem per exclamationem, Di vestram fidem. Nā quibus fidimus, aut fidem habemus, ab ijs opem & auxilium expectamus. Tale hoc est, apud

apud Virgilium, Tyrhenamq; fidem.

Summum bonum id esse dicimus, quod nobis maximam adfert felicitatem atque utilitatem, tam animi quam corporis. unde Virtutem antiqui philosophi, summum bonum esse dixerunt. hoc est, extremam felicitatem. Sic Amator amicæ suæ summum bonum esse dicitur hoc loco, & econverso, cum inter eos amor est perpetuus & firmus.

Amicus & amator hoc differunt Donato, quod Amicus animi sit, Amator corporis. Non enim continuo amator est, qui bene vult, vt Dido amauit quidem Aeneam, sed non amica fuit. Itaq; Amicus de communi familiaritate & amicitia ac beneuolentia intelligitur, Amigo. Amator autem, ad cupiditates & venereum affectum potius pertinet, atque in malum sæpissimè sumitur, Amador y enamorado.

Vir paratus ad omnia, & In omni loco, aut in quouis loco paratus, sunt idem. hoc est, Promptus ad obsequendū in omnibus, *Aparejado a hazer qualquier seruicio biẽ y plazer. sic, Paratum omnia perpeti, dixit Cæsar. Aparejado a sufrir qualquier cosa. &, Paratus ad periculum animus; Promptus quoque pro eodẽ, vt Promptus ad omnia pericula subeunda: hoc est, in quo nulla est mora. Exemplum horū*

horum vocabulorum tibi sic cōfingito. Fac obsecro, vt mihi in hac re te amicum ostendas. Nosti animum meum, Ego tua causa in quouis loco sum paratus, Promptus sum ad omnia pericula tuo nomine subeunda, etiã intēpesta nocte. *Yo estoy aparejado a te hazer plazer y seruicio, aun que fuese a media noche.*

Capere dolorem vel mœrorem ex aliquo, vel ex re aliqua dicimus, quemadmodum & capere gaudium aut voluptatem. Ex tuo discessu maiorem opinione tua cepi dolorẽ, *Yo recebi de tu partida mayor pena, que tu no pensarias.* Sic, Capere dolorẽ corde, apud Ciceronem. *Tomar gran congoxa enel coraçon.* Ex ciuibus vicitis (ait Liuius) meritum gaudium, etsi non honestum, capiam. *Tomare gozo a mi deuido aun que no honesto.* Cepi summam lætitiã ex re ditu tuo, inquit Cicero. &, Nequaquam tantum capio voluptatis, quantū sollicitudinis & laboris, apud eundem. *No tomo tanto plazer como molestia y trabajo.*

Mi, vocatiuus, pro meus, blandientis est, cum dulcedine sermonis. vt, Mi pater, mi pater, mi frater, mi Petre, mi Carole, amicẽ & beneuolẽ rogantis oratio. Sic Anime mi, muliercularum quoque oratio, quæ etiam si non blandiatur, tamen aliquantulū blanda est, cum aiunt, Mi vir, mi homo, vt hoc

Hh loco:

loco: ei que sermoni respondet, quem dicunt
nostræ, Mi marido.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. Dauus Myfidi consilium suum aperit, quo fallat
venientem Chremetem. Iubet puerum ante ianuam Simo-
nis admoueri, idque per Myfidem: atque se conficturum alio
redire, vt Chremes rem omnem sciat.

DAVVS, MYSIS.

MYSIS, nunc opus est tua
Mibi ad hanc rem exprompta memoria, atque
astutia.

M. Quid nam incepturus? D. accipe à me hunc ocylus:

Atque ante nostram ianuam appone. M. obsecro,

Humine? D. ex ara hinc sume uerbenas tibi,

Atque eas substerne. M. quam ob rem id tute non facies?

D. Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi

Non apposuisse, ut liquidò possim. M. intelligo.

Nona nunc religio te isthæc incescit, cedo?

D. Moue ocylus te, ut quid agam, porro intelligas.

Prò Iuppiter. M. quid? D. sponsæ pater intèruenit.

Repudio consilium, quod primum intenderam.

M. Nescio quid narres. D. ego quoque hinc ab dextra

Venire me adsimulabo: tu, ut subseruias

Orationi, utcumque opus sit uerbis, uide.

M. Ego quid agas, nihil intellego, sed si quid est

Quod mea opera opus sit uobis, aut tu plus uides,

Manebo me quod uostrum remorer commodum.

CONSTRUCTIO.

[ò] Myfis) ancilla

Nunc

Nunc est opus) [mihì Dauo]

Tua memoria) [vt pcepta mea retineas]

Exprompta,) parata, in mediũ producta,

Atque astutia) [ad agendum strenuè quæ
imperabo]

Ad hanc rē) [quã paro,] ad hoc negotiũ,
in hac re. O Mysis agora es menester que muestres tu
prompta memoria, y astucia eneste negocio.

Quid nam) [es tu Dauo]

Incepturus) facturus? Que quieres aqui co-
mençar? Accipe) Tene

Ocyus) celeriter

A me) [qui tibi porrigo]

Hunc) [puerum,]

Atque appone) colloca [hunc puerum]

Ante ianuam nostram) ante has Simonis
ædes, Toma este presto, y ponlo delante nuestra puerta.

Obsecro) Peto à te

Ne) an) [apponã puerum] Humi) in
terrã: vel nudũ super humo? Como por tu uida
en tierra? irridētis est: quasi indignũ sit, puerũ
nudum super humo nuda collocare.

Sume tibi) Collige Verbenas) herbas

Hinc ex hac ara) ex hoc delubro Apol-
linis: hoc est, ex his fertis quibus hæc ara re-
dimita est, Nã in altero latere scenæ comæ-
diarum constituebant arã Apollini, vel ma-
tri deũ, vel alteri ex dijs, floribus & herbis

Hh ij

redie

redimitam in honorem.

Atq; substerne eas) verbenas [puero,] & extende eas, aut sterne in terram [sub puero,] *Toma de aqui uerbena o unas yerbezicas que estan al derredor desta ara y altar, y pon las debaxo del niño.*

Quamobrem) Ad quid

Tute) tuiipse

Non facis id) [quod præcipis?] cur tuiipse non colligis verbenas & substernis? *Porque no lo hazes tu mesmo?*

Quia) Propterea quòd

Si fortè) fortassis

Opus sit mihi iurandum) si necesse erit vt iurem Ad herum) Simonem, hero Simoni [me] Non apposuisse) admo- uisse [hunc puerum hic,]

Vt possim) [iurare id]

Liquidò) planè, manifestè. *Porq; si poruentura me sca menester jurar a mi amo, que no lo he puesto all y que yo lo pueda hazer limpiamente.* [ego Mysis]

Intelligo) teneo,

Cedò) Peto à te, [vndè]

Isthæc noua religio) [de non periurãdo]

Incessit te) vel in te

Nunc!) inuasit te? venit tibi in mentem? *Ya lo entiendo, di me por tu uida de adonde te uino agora esta nueua religion?* [ò Mysis]

Moue te ocys) celerius age quod dico, *festina,*

festina, Vt porrò) deinde

Intelligas) accipias Quid) [ego Dauus]

Agam) acturus sim, *Despacha presto, porque entiendas bien lo que tengo intencion de hazer. Dum hæc dicit Dauus, aduertit Chremetem venientem, quapropter ait*

Prò Iuppiter,) O dios. timentis est propter negotium interceptum. [ò Daue]

Quid) [est?] *Que est? que ay?*

Pater sponsæ,) nempe Chremes

Intervenit) [negotio quod inceperam,] Intercipit rem nostram. [ego Dauus]

Repudio) relinquo, desero

Consilium) deliberationem,

Quod primùm intenderam,) quam antea disposueram, deliberaueram me facturum, *El padre de la desposada uiene o sobreuiene, yo renuncio el consejo que yo auia tomado. Hoc apud se dicit Dauus, nõ cõuersus ad Mysidè.* [ego Mysis]

Nescio) non intelligo

Quid) [sit id quòd]

Narres) recenseas, dicas. *Yo no entiendo lo que dizes.*

Ego quoq; ego etiam Dauus, Nam videt Chremetè à sinistra venientem ad se. non autem respondet verbis Mysidis: nam protinus festinandum erat.

Adsimulabo me venire ab dextera) [parte itineris,] Tu) [verò Mysis]

Hh ij Vide

Vide) attende, da operam [pro tua parte,]
Aperit illi nouum consilium.

Vt subseruias) obtemperes, faueas

Orationi) meæ, sermoni meo, [quem dicam, dum redibo] Hoc est, vt respondeas commodè meis dictis.

Vt cunque) quomocunque

Sit) erit Opus) necessarium

Verbis) dictis [tuis,] Yo tambien hare como que uengo de hazia el lado, o mano derecha: mira o trahaja de seruir o ayudar a mi oracion y platica, que tu respondas a proposito de mis dichos de qualquiera manera que sea menester que hables. Hoc est, si quando loquendū erit tibi, vide vt dictis meis commodè, & [quod dicitur] ad propositum respondeas. Nam Dauus plus loquetur, quàm Mysis, dabitque sua oratione Mysidi quod facile respondeat. hoc tantum admonet, in promptu, & pro tempore, vt orationi subseruiat. Ego) [Mysis]

Nihil intellego quid agas) nescio quod moliris, Yo no se lo que quieres hazer, o lo que tienes intencion de hazer.

Sed si est quid) aliquid,

Quo) in quo,

Sit opus vobis) tibi & Pamphilo

Mea opera) meo labore, meis verbis,

Aut) [si est quid aliud]

Quod

Quod tu) Dauus

Vides) videre possis [me posse efficere]

Plus) amplius, vltra, vel præter id quod præcipis, [ego Mysis]

Manebo) [hic,] expectabo, aut stabo hoc in loco, Ne) [ego]

Rémorer) retardem, retardare videar

Quod commodum voftrum) aliquam vtilitatem vestram, Mas si ay algo en que os pue da ayudar y hazer seruicio, o si tu ues otra cosa alguna de mas desto: yo esperaré aquí, porque yo no detenga e impida uestro prouecho.

SCHOLIA.

Expromptā memoriā, pro admodū parata & prompta, dixit Terent. addita cōpositio-
ne, maioris vehementiae causa. Nam quem admodū Promptus dicitur, qui paratus est ad aliquid agendum, & Prompta memoria, quæ parata est ac facilis: Ita etiam Expromptam memoriā confingere possumus, pro admodum facili atque aperta.

Quod corrupto sermone dicitur, Teneas, dū aliqd alicui præbemus, id te docet Terent. vt dicas, Accipe, vel Accipe hoc à me. quia etiā capias, vel cape, in hoc sēsu bene Latinū nō est: estq; potius qd vulgari dicit sermone. Tomar en la mano. hoc est, manu apprehendere: vt cape sacra manu. Sumere in hoc imperādī

Hh liij

modo

modo p̄p̄riū etiā nō est. Nā est p̄p̄riē quod dicimus, *Tomar en el puño*. Arripere, est violenter accipere. Apprehendere, non est ita violenter, sed tamen cum conatu & magno affectu, vt Apprehendere manu aliquid, vel manum alicuius, vel aliquem manu, *Tomar por la mano*. & Apprehendere morsu, quod & *Deprehendere* dixit Martialis. Auferre & Asportare aliud sunt, quā Accipere, quanquam imperandi vim habeant, sed propriē dominorum ad feruos, ac de ijs rebus quas non damus, sed iubemus ex aliquo loco in alium transferendas. Caue ne etiam in eo sensu quo hic vides [accipe] vtaris verbo Tolle: nam Tollere, est eleuare potius, & sursum erigere: quandoque tamen pro Auferre sumitur, sed benignum imperandi modum non habet: vt Tolle puer calices, *Quia estos uafos*. Hoc ideo proposui, vt horum omnium verborum vim paucis perstringerem.

Apponere aliquid iuxta ianuam, & prope ianuam, venustē sumitur, magnamq; habet emphasim, cum præter compositionem, etiam iuxta vel prope addimus, habetq; compositio, in ea dictione id ornatus, vt significet non solum iuxta, sed etiam compositē & eleganter, *Ponello buenamente*. Appone puerum ante ianuā nostrā, *Pon este niño ante nuestra*
puerta

puerta buenamente. Vnde Appositus, aptum significat & accommodum, *Cosa muy conueniente y propria*. Et appositē aduerbium, propriē & eleganter. Ponere simplex nihil habet tale in significatione. Admouere non quidem apponere est, aut iuxta ponere, sed tantum vicinum facere, ne putes hoc pro illo sumi posse. *Allegar* vt Admouere aurem, & admouere cibum ad os. Collocare potius ad hanc significationem accedit: sed tantam emphasim non habet, vt Collocare aliquem in lecto, nō quidem continuē & elegēter est ponere, sed locum dare, vel præbere alicui in lecto.

Verbenam, vulgus nostrum vocat, *Verbena o yerua sacra*. Eam antiqui sacram herbam appellarunt, qua scæciales & pater patratus (hoc est, legati qui mittebantur ad scædera faciendam, siue ad bellum indicendum, siue ad pacem componendam essent missi, siue etiam ad clarigatum, hoc est, ad clarè repetendas res raptas: quorum vnus idcirco verbenatus vocabatur. Virgilius. Et verbena tempora vincti. Eadem herba intorta, & aliorum florum sertis decorata, coronabantur aræ in comœdijs. Nam in dextro scenæ latere constituebatur ara ei deo sacrata, in cuius honorem ludi fiebāt, siue hi Apollinæ, siue Megalenses, aut alterius generis essent.

essent. vndè ait Terentius, Ex ara hac fume tibi verbenas. Eadem herba Plinio verbenas ca appellatur, & Latinis omnibus: Græci Peristereon appellât. Quin etiâ frondes omnes sacrae, omniâq; sagmina, & gramen cum terra auulsum, deniq; quicquid herbarû, aut festarum frondium in templis deorû, & circa aras admouebatur ornatus gratia, anti qui verbenarû nomine vocabât, siue laurus, siue oliua, siue etiam myrtus fuisset.

Sternere humum floribus, aut viridibus herbis, & flores humi sternere dicimus, quod vulgus ait, *Esparzir, o echar yeruas y flores por la tierra.* Substernere autem, est sternere sub aliis qua re, quæ humi, aut alibi collocatur. *Poner o esparzir debaxo de alguna cosa.* Substernere oportet frondem, aliud ve quid in cubilia animalium, ait Varro, quo mollius conquiescant. *Es menester echar hojas o alguna otra cosa debaxo de los en el lugar adonde se echan, porque reposen mas a su plazer.* Sic hoc loco, Substernere verbenas puero, dixit Terentius. *Poner o echar debaxo del niño.*

Liquidò aliquid dicere, aut iurare: hoc est, apertè, purè, & manifestè: & quod vulg⁹ ait, *Dezir a la clara y firmemènt.* Nemo est, quin hoc se audisse liquidò diceret, ait Cicero. *No auia alguno, que no dixesse claramente, que lo auia o ydo.* Sic hoc

hoc loco, Liquidò iurare potero. *Yo podre jurar clara y libremente.*

Incessere nos aliquid dicitur, quod inopinatum est, cum nòs inuadit, cum nobis euenit aut accidit quod non sperabamus. *Sobreuenir.* vt Incessit eos admiratio, timor, cupido. Sic in hac scena, Vndè te noua hæc incessit religio? *De adonde te uino esta nueua religion?* Religio autem hoc loco, & alijs permultis, elegâter tum pro deuotione, quam dicimus, tum etiam pro ea quam appellamus conscientiam, sumitur. Deuotionem significat: vt summa religione ceremoniâq; conficere sacra Cereris, apud Ciceronem. *Con grandes ceremonias y deuocion.* Conscientiam: vt Religio mihi non est, quò minus hoc faciam: apud eundem. *Yo no hago condenada de hazer esto.* Sic Vocat ad coenam: religio fuit, denegare nolui: Plautus. *Llama me a cenar, fue me consciencia, y no lo ose rehusar.*

Moue te ocyus, dictû elegâs, cû alicui præcipimus, vt festinet & acceleret, vt quod agit citius absoluat, præsertim cû de motu sermo est. quo loco corruptè dicûr quidâ, *Eas magis subito, Vade cito, ve presto, da te priestta.* Moue ocyus te Petre. *ve un poco mas presto.* Moueo. Video. sed nihil prò moues. *Yo lo ueo, mas no passo adelante.*

Inter

Interuenire dicitur, qui dum aliquid aut agimus aut molimur (quod clam esse cupimus) tamen in medio negotio, quasi ex insidijs, venit. *Sobreuenir*. Vt numerabatur forte argentum, interuenit homo de improviso. *Estando nosotros contando el dinero, el hombre sobreuino sin pensar y adefora*. Quam orationem cum ingressus essem, lassus interuenit. *Sobreuino cansado*. Vulgus etiam nostrum *Entreuenir* dicitur: ut in hoc exemplo, Nulla mihi res potest interuenire tanta, quae mihi aegritudinem afferat, *No me puede entreuenir tan grande cosa, que me haga caer malo o enfermo*. Nam quod nos dicimus *Sobreuenir*, id etiam Latine Superuenire effert potest. Inopinantibus Achæis, ait Liuius, concioni ipse superuenit, *Sobreuino al ayuntamiento*, & Legati ab regibus superuenient, apud eundem, & Grata superueniet quae non sperabitur hora, apud Horatium. *Sobreuerna agradable aquella hora, que no fuere esperada*.

Nescio quid narres, non adsequor quid velis, nescio quid dicas, idem sunt, habentque huiusmodi locutiones ornatorem gratiam, quam si corruptè proferas, Ego non bene intelligo, *Yo no entiendo bien lo que dices*. Non plane intelligo, Non capio quid dicas, statim profeta, Ego quid agas nihil intelligo. *Yo no entiendo bien lo que quieres hacer, sic, Ego quid dicas nihil*

nihil intelligo. *Yo no entiendo bien lo que quieres decir*. Ego quid velis, quid sentias, quid moliaris, nihil intelligo.

Subseruiunt orationi alicuius, qui suam orationem ad alterius dictum ita componunt, ut neque dissentiant, neque plane negare videantur, qui seruiendo, verbis alterius obtemperant, & ad dicta illius accedunt. vulgus nostrum dicit. *Cōsentir con el y confirmar sus dichos*. Veluti cum aliquis alium verbis decipere conatur, sociumque sibi adsciscit: qui etsi rem non intelligat, tamen suis verbis confirmat quod alter ait, aut refert. id verò est subseruire orationi: hoc est, iurare alterius orationem aut dictum suis verbis. Inseruire orationi amici verbis suis dici potest.

Remorari commodum alicuius, *Impedir el provecho de alguno*. est retardare, & obstare, aut impedire, quo minus rem agat pro animi sententia. Fac obsecro quod dixisti. Mihi verò id gratissimum futurum est, faciam: nolim enim tuum remorari commodum. *Yo no quiero impedir ni estoruar tu provecho*.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. Interueniens Chremes audit Mysidem & Dauum de puero ante ianuam Simonis appositio discipulantes: quorum sermone fraudibus instructo, vehementer ad nuptijs deterretur.

CHRE

CHREMES, MY SIS, DAVVS.

REVERTOR, postquam quæ opus fuere ad nuptias

Gnatæ, paravi, ut iubeam accersi, sed quid hoc? Puer hercle est, mulier tui apposuit hunc? M. ubi illic est? C. non mihi respondes? M. hem, nusquam est, uæ misera mihi.

Reliquit homo me, atq; abiit. D. di uostram fidem.

Quid turbæ est apud forum? quid illic hominum litigat?

Tum annona cara est, quid dicam aliud, nescio.

M. Cur tu obsecro hic me solam? D. hem, quæ hæc est fabula?

Eho My sis, puer hic undè est? quisue huc attulit?

M. Satin' sanus es, qui me id rogites? D. quæ igitur rogè,

Qui hic neminem alium uideo? C. miror undè sit.

D. Dicuntur quod rogo? M. au. D. cõcede ad dexteram.

M. deliras, non tute ipse? D. uerbum si mihi

Vnum præterquam quod te rogo, faxis: caue.

M. Malè dicis. D. undè est? dic clarè. M. à uobis.

D. ha he,

Mirum uerò, impudenter mulier si facit meretrix.

C. Ab Andria est ancilla hæc, quantum intellego.

D. Adcõne uidemur uobis esse idonei,

In quibus sic illudatis? C. ueni in tempore.

D. Propera adcõ puerum tollere hinc ab ianua.

Mane, caue quoquam ex istoc excessis loco.

M. Di te eradicent, ita me miseram territas.

D. Tibi ego dico, an non? M. quid uis? D. at etiã rogas?

Cedo,

Cedo, cuium puerum hic adposuisti? dic mihi.

M. Tu nescis? D. mitte id quod scio, dic quod rogo.

M. Vestri. D. cuius uestri? M. Pamphili. D. hem quid, Pamphili?

M. Eho, an nõ est? D. rectè ego semper fugi has nuptias.

D. O facinus animaduertendum. M. quid clamitas?

D. Quém ne ego heri uidi ad uos adferri uestri?

M. O hominem audacem. D. uerum, uidi Cantharam

Suffarminatam. M. Dis pol habeo gratias,

Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.

D. Ne illa illum haud nouit cuius causa hæc incipit.

Chremes, si positum puerum ante ades uiderit,

Suam gnatam non dabit, tanto hercle magis dabit.

C. Non hercle faciet. D. nunc adcõ ut tu sis sciens,

Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam uiam

Prouoluam: teq; ibidem peruoluam in luto.

M. Tu pol homo non es sobrius. D. FAL L A C I A

Alia aliam trudit, iam susurrari audio,

Cicum Atticam esse hanc. C. hem. D. coactus legibus

Eam uxorem ducet. M. eho obsecro, an non ciuis est?

C. Iocularium in malum insciens penè incidit:

D. Quis hic loquitur? õ Chreme, per tempus aduenis.

Ausculta. C. audiui iam omnia. D. ab, ne tu omnia.

C. Audiui, inquam, à principio. D. audistim obsecro? hem

Seclera. hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.

Hic ille est: non te credas Dauum ludere.

M. Me miseram, nihil pol falsi dixi, mi senex.

C. Noui rem omnem, sed est Simo intus? D. est.

M. Ne me

M. Ne me attingas scelestè, si pol Glycerio nõ omnia hæc.

D. Eho inepta, nescis quid sit actum. M. quid sciam?

D. Hic focer est. alio pacto haud poterat fieri,

Vt sciret hæc quæ uolumus. M. prædiceres.

D. Paulum interesse censēs, ex animo omnia

Vt fert natura facias, an de industria?

CONSTRUCTIO.

[Ego Chremes] Reuertor) redeo

Postquam) quando, posteaquam

Parau) apparau) [ea]

Quæ opus fuere) quæ necessaria erant

Ad nuptias) pro nuptiis

Gnatæ) meæ Philumenæ, Yo bueluo des pues de auer aparejado lo que es menester para las bodas de mi hija. [Reuertor inquam]

Vt) [Ego Chremes]

Iubeam) præcipiam

Accerfi) aduocari [filiam meam, & eos quos ad nuptias faciēdas necessariò opus est adesse,] Porque yo los haga llamar.

Sed) Verùm Quid hoc) [est quod video ante ianuam Simonis?]

Hercle) Certè, per Herculem

Est puer) [qui hic appositus est]

[ô] Mulier) Mysis Tun') tūne, an tu

Apposuisti) admouisti

Hunc) puerū [hoc in loco?] Mas que es esto? por cierto es un niño, muger fuste tu la que aquí lo puso?

Vbi

Vbi est illic) ille Dauus [qui me hic solā reliquit?] Donde este aquel? Non audiente Chremete, & auersa Mysis hoc dicit.

Non) Nonne [tu mulier]

Respondes) vis dare responsum

Mihi) Chremeti interroganti? No me respondes? Hem) dolentis [hic Dauus]

Nulq̄ est) non videtur à me, non est hic,

Væ mihi miseræ) me miseram,

Homo) Dauus Reliquit) deseruit

Me) Mysidem [solam hic]

Atq̄ abiit) & recessit. Ay yo no le ueo, no está aquí en alguna parte, ay de mi desventurada: este hombre se fue, y me dexo sola. Nescit quid respondeat re debeat Chremeti, atque ob id conqueritur quòd Dauus non adsit, id tamen non intelligente sene.

Di) vostram fidem) auxilium à vobis requiro. admirantis cum exclamatione.

Quid) quantū Est turbæ) tumultus

Apud forū) [iudicarium, vel etiam cupe dinarium] vtrumque enim intelligi potest. O dioses que grande ruido, y que de gente ay en la plaza. Fingit se de foro redire.

Quid hominum) quot homines

Litigant) contendunt in iudicio

Illic) in foro? Tum) præterea

Annona) victus communis

Ii

Est cara

Est cara) in magno pretio. hoc fingit quas
si missus fuisset ab hero, ut aliquid emeret.

Ego) Dauus

Nescio) ignoro

Quid dicam aliud) quid præterea dicere
debeam, *Que ay de hōbres que alli ple ytean, y allende
desto las uiandas son caras, yo no se q̄ otra cosa diga.*

Videt eum Mysis. [O Dauus]

Obsecro) [te,] peto à te per obsecratio-
nem, Cur) quamobrem

Tu) [reliquisti] Me) Mysidem

Solam hinc) *Porque me has dexado aqui sola?*

Hem) admirantis,

Quæ fabula) quis ludus, quæ ineptia

Est hæc) [quæ refers mihi?] Quasi nesciat
quod sibi velit Mysis, neque antea viderit mu-
lierem. Vadens autem ad puerum, interrogat Mysidem;

Eho) [peto à te,] vel, e hodie dic mihi
Mysis,)

Vnde est hic puer) [qui ante nostram sa-
nuam appositus est?]

Ve) vel [dic mihi]

Quis attulit) [eum puerum]

Huc) ante domum nostram? *O que lindos
cuentos son estos, di me Mysis de adonde, o de quien es
este niño, o quien le ha aqui traydo?*

Satin' es fanus?) Nunquid insanis, aut
mente captus es?

Qui

Qui rogites me id?) qui hoc à me petas?
qui de hoc me interrogas aut perconteris?
Eres tu loco, que me preguntas esso?

Igitur quem) [vis ve]

Rogem,) A

quo vis igitur, ut id petam,

Qui) cum

Neminem alium video hinc) nullum præ-
ter te hinc videam? *Pues a quien quieres que lo deman-
de pues que no ueo otro que a ti? fingit se Chreme-
tem non videre præ cōmōtione. [ego quos
que Chremes]*

Miror vnde sit) [hic puer,] *Yo me maravillo
tambien de quien pueda ser.*

Ne) An [tu Mysis es]

Dictura) prolocutura [mihi Dauus]

Quod rogo?) quod peto à te? *No me quieres
dezir lo que te pido? Percutit aut impellit eam.*

Au) percussit aut afflicti exclamatio, *Ay
cuitada de mi.*

Concede) Recede

Ad dexteram) [partem,] *Ven aca a la mano
derecha.* Nam Chremes, quem fingit se non
videre, à sinistra venerat. Itaque vult illi My-
sidem opponi. [tu Dauus]

Deliras) desipis.

Non) nunquid

Tute ipse) tu ipse. non absoluerit sine
sententiam Dauus, atque interrumpit, quod
deinceps dictura erat Mysis, ne id senex

Li ij

audiat

audiat. Tu estas loco, no fuyste tu mesmo. [Si tu My
 fis] Faxis, facias, addas
 Mihi) Dauo, [ad ea quæ te rogo]
 Vnum verbum) solam dictionem,
 Præterquam) vltra id
 Quod) [ego Dauus]
 Rogo te) peto à te, interrogabo te, Retis
 centia est. Subricet enim, [Ego tibi incutiam
 colaphū, vel quid aliud.] Nam penè Mysfis
 vniuersa dixerat. [Itaque tu Mysfis]
 Caue) [ne id feceris] si tu me dizes una sola
 palabra allende de lo que yo te preguntare, guarda te
 bien. Comminatur ei gestu pugnæ aut manus
 extensæ. [tu Dauus]
 Dicis male) cum contemptu loqueris, cõ
 uitium mihi facis, Tu hablas mal.
 Dic) [igitur] Clare) apertè,
 Vndè est) [hïc puer!] Dime claramente, de a
 donde es? [est]
 A vobis) à vestris ædibus. De uosotros, o de
 uestra casa. Ha he) ridentis cum ioco &
 ironia. [ô] Mulier) Mysfis
 Mirum verò) [nihil est.] ironicè. Certè
 non est mirandum,
 Si meretrix) Glycerium,
 Facit impudenter) iniquè. O que linda cosa,
 cierto no me marauillo, si la ramera haze desuergone
 gadamente.

Quans

Quantum) [ad id quod ego Chremes]
 Intelligo) audio Hæc ancilla) Mysfis
 Est ab Andria) ex domo meretricis An
 driæ, A lo que yo puedo entèder, esta criada es de la mu
 ger que uiuo de Andro.
 Ne) an) [nos qui sumus ex Simonis do
 mo, Videmur vobis) meretricibus
 Esse idonei) apti, digni,
 In quibus illudatis) ludos faciatis, quos
 decipiatis. Sic!) hoc pacto! Parefce os a
 uosotros que somos conuinientes, o tales que os burleys
 assi de nosotros, o que assi nos engañeys. [Ego Chre
 mes] Veni) [huc]
 In tempore) ad tempus [vt omnia intelli
 gam] Yo uine a tiempo.
 Aded) igitur [tu Mysfis] Propera)
 accelera, festina Tollere) auferre
 Puerum) hunc Hinc ab ianua)
 ex hoc loco, Ea pues despachate de quitar este niño
 de aqui de la puerta. Apertè, & alta voce hoc di
 cit Dauus, vt senex audiat. [tu Mysfis tamè]
 Mane) [hïc, ne feceris quod dico. nam est
 quod adhuc loquar tecum] Hoc ait Dauus
 summissa voce, non audiente sene, interea
 dum mulier puerum capit.
 Caue excefferis) ne excefferis, recesseris
 Quoquam) aliquò Ex istoc loco)
 in quo nunces] Esta queda, guarda que no te apartes.
 Ii iij de a

de aqui a ninguna parte. Hoc etiã dicit voce summa
missa. Di eraditent) destruant

Te) Dauum, Ira) adeo

Territas) vehementer terres.

Me miserã) ancillam, adeo me timere facis
aut cogis. Dios te maldiga y haga mal, que tãto medo
me hazes. [An] Ego) [Dauus]

Dico tibi) Mysidi, [vt auferas hũc puerũ]

An non?) nec ne? Digo a ti esto, o no? Redit ad
priorem interrogationẽ de puero, cuius sit.

Quid vis) [a me?] quid quæris? Que me
quæres? At) Sed [tu Mysis]

Etiã) adhuc Rogas) petis à me,
quasi nescias? [Ego Dauus]

Cedo) peto à te Myside,

Dic mihi,) Cuium) cuius

Puerum) infantulum

Apposuisi) admouisti

Hic!) ante nostram ianuam? A un me lo pre-
guntas? di me pues, de quien es este niño, que aqui pusiste?

Tu) Dauus

Nescis?) per ironiam. Tu no lo sabes? Quasi
vero id nescias.

Mitte) Omitte Id quod) [ego Dauus]

Scio) intelligo, [&]

Dic) [mihi] Quod) [ego]

Rogo) peto à te, volo à te scire, Dexa lo que
yo me se, y di me lo que yo te pregunto. [puer est]

Vestri)

Vestri) non absoluit orationẽ. Del uestro,
Cui? vestri) [narras?] De qual uestro? [Ves-
stri] Pamphili.) De uestro Pamphilo.

Hem) admirantis.

Quid) [narras]

Pãphili) [nostri?] heri mei? A y que? de Pam-
philo? Eho) [peto à te,]

An non est) [verum?] nonne est Pãphili?
Pues que dizes tu dello, no es ansí?

Ego) [Chremes] Semper) perpetuo

Fugi) euitauí Recte) iure

Has nuptias) [ne fierẽt.] Con razon he hydo
siempre estas bodas.

O facinus) crimen

Animaduertẽdũ) animaduersione dignũ,
O que gran uellaqueria y digna de gran castigo.

Quid) Vt quid) [tu Dauus]

Clamitas) vocem attollis? quid vociferas-
ris? Porque das tan altas bozes? Quia exclamaue-
rat indignum facinus.

Ne) An) [is est puer]

Quem ego) [Dauus]

Vidi heri vesperi adferri ad vos?) No es
este el, que yo vi ayer traer a uosotros?

O hominem audacem) temerarium [in
pronuntiando & rebus agendis.] O hombre atre-
uido y maluado. Nouit Mysis, Dauum iam non
amplius de hero suo loqui uelle, sed ad

Ii iij sermo

sermonem de puero cōuertī: in quo videtur
astutias & audaciam serui detexisse.

Verūm) Sed, attamen [si puerum non vi-
di, ego Dauus] Vidi Cantharam) antē
quandam, cui nomen hoc fuit.

Suffarcinatam) oneratam instipatam. [ne
scio quid ferret] *Si que yo vi la uieja Cantharabien
cargada o embaracada.*

Pol) per Pollucem [ego Myfis]

Habeo gratias dis) ago gratias dijs.

Cum) quōd Aliquot liberæ) [vel as-
nus, vel mulieres non suffarcinatæ, non one-
ratæ ijs rebus quas existimas]

Adfuerūt) [Glycerio] In pariundo)
dum pāreret, partui interfuerunt. *Yo hago gra-
cias a los dioses, que se hallaron en su parto algunas ho-
nestas mugeres.*

Næ) Profectō, certē Illa) [Myfis]
Haud nouit) non nouit Illum) Chre-
metem, Cuius causa incipit hæc) [que
narrat nunc] *Ciertamente esta no conofce a este, a cau-
sa del qual comiença estas cosas.* Non audiente My-
fide hoc ait Dauus.

Si Chremes) senex, pater Philumenæ
Viderit puerum) [hunc]
Positū) [hic] Ante ædes) [nostras]
Non dabit) [nuptum]
Suam gnatam) [hero meo Pamphilo]

Hoc

Hoc ait Dauus fingens se non videre Chre-
metem: altiori autem voce, vt audiat senex.

Hercle) certē, per Herculem, imō certē
Dabit) [gnatam suam nuptum]

Tanto magis) tanto citius. correctio est,
qua Dauus, quod dixerat, apud se retractare
videtur, *Si Chremes uee una uez este niño puesto del
ante nuestra puerta, no querra dar su hija a mi amo. mas
antes por esso tanto mas se la dara.*

Hercle non faciet.) non dabit gnatam suā
hero tuo. *Yo os certifico, que no hara.* Respondet
senex ad ea quæ audiuit ex Dauo.

Adeo) Igitur [ô Myfis]

Vt tu sis sciens) vt scias,

Ni) nisi [tu] Tollis) auferas

Nunc) in præsentia

Puerum) [quem hic apposuiti] *Pues agora
yo te auiso, porque no caygas en ignorancia que si no
quitas este niño de aqui luego en la hora.*

Ego) Dauus Iam) nunc

Prouoluam) deuoluam, conijciam

Hunc) puerum In viam mediam)

in medio viæ [quia ante ianuā positus erat]

Hoc dicit Dauus, vt audiat senex, & sermo-
nem de puero rursus aggrediatur.

Téque) Mysidem [ego Dauus]

Peruoluam) porrò uoluam

In luto) [medio] *Yo le echare en meidad de la
calle*

calle: y a ti tambien te reboluer en medio del lodo.

Pol)per Pollucem. muliebre iuramentū.

Tu Dauus

Non es homo sobrius.) sanæ mentis [qui hæc dicas] hoc est, non sobriè loqueris, vidēris asse ebrius qui hæc dicas, tanq̄ ebrius loqueris. *Por cierto no estas en tu seso.*

Alia fallacia) Vnus dolus

Trudit aliam) impellit alium dolum: hoc est, inuento vno dolo, occurrunt alij multi, hoc dicit Dauus, aliquid audire se fingens, ex his qui domi intus litigant. [nam ego Dauus iam] nunc

Audio susurrari) murmure quodam surdo, aut voce obscura dicere

Intus) in hac domo Glycerij, [à quibusdā qui intus sunt] Hanc) Glycerium

Esse ciuem Atticam) quod hæc sit ciuis Atheniensis, Athenis nata, & educata à patris. *Vn engaño trae consigo otro, yo oygo algo murmurar se y dezir alla dentro, que esta Glycerio es ciudana de Athenas.* Dauus aurē admouet ianuæ Glycerij, fingitq̄ se ex Pamphilo & ipsa Glycerio, inter se de amore, & futuris nuptijs, aut personarum indignitate disceptantibus, audire ipsam Glycerium cum obiurgatione dicentem, se esse ciuem Atticam, ne fortassis putet Pamphilus Philumenā ob id præstare

præstare, aut digniorem esse, quàm ducat.

Hem) cum admiratione hoc dicit Chremes: audies ex Dauo quid dictū est. *Como esso?* [Certè si quidem id verum est quod audio, ipse Pamphilus]

Coactus legibus) de rigore legum, quod dicunt Ducet eam) Glycerium

Vxorē) in vxorem, pro vxore. *Por rigor de las leyes el la tomara por muger.* Hoc rursus dicit vt Chremetē deterreat. Eho) Ehodum.

Obsecro) peto à te [ô Daue]

Annon) nonne [nostra Glycerium]

Est ciuis) [Attica?] hoc est, nunquid existimas, aut, an nondum sciebas, eam esse ciuē Atticam? *No pensauas pues que fuesse ciudadana?* [ego Chremes]

Insciens) imprudens

Incidit in malum) periculum

Iocularium) per antiphrasim: hoc est misime ridendum, non parū, hoc est graue & molestum. *Yo he caydo sin pensar en un mal, que no es de reir.* Hoc dicit Chremes, cōmotus Pamphili postremis verbis, cū priora negligat.

Quis) [homo]

Loquitur hic) hoc est, quemnam ego audio hic loqui? quasi non viderit antè Chremetem. *Quien es este que, oygo hablar?*

O Chreme) senex [tu]

Adue

Aduenis) [huc] Per tempus) in tēpo
re, opportunè. Aduertit nūc ad Chremetem.

Ausculata) Audi, attēde ad ea quæ hæc ancilla dicit. *O chremes a buen tiempo uienes, o ye esto.*

[lego Chremes] Iam audiui omnia.)
Yo lo he oydo todo. Ah) contradicentis cum fastidio quodam.

Tu) Chremes Ne) non

Oīa) [adhuc audiui] *Aun no lo oyste todo.*

Inquam) [lego Chremes] dico tibi [quod ego] Audiui) [omnia]

A principio) ab initio. *Yo te digo, que yo la he oydo todo desde el comienço.*

Obsecro) blandientis.

Audistin) audiuistine [mi Chreme,]

Hem) admirantis cum ficta detestatione.

Scelera) doli, fallaciæ; *Suplico te, as lo oydo de la uellaqueria grande.*

Oportet) necesse est

Iam abripi) detrudere Hanc) ancillā

In cruciatum) in supplicium, vt excrucietur.
Es menester agora llevara esta a los tormentos. Per adulationem hoc dicit [en Myfis]

Hic est ille) pater Philumenæ [quam Pāphilus herus meus ducturus est in vxorem] Ironicè hoc dicit, ad Mysidē conuertens sermonem. hoc est, hic nunc adest ille Chremes senex, quem non præuideras: hic ille est, qui omnia

omnia audiuit, qui vidit hæc omnia. Quo animo nunc putas eum esse debere erga Pamphilum? Quid censes nunc dicere aut facere debeat ex his quæ vidit, cum iam filiam suam hero meo desponderit?

Non credas) ne putes, ne existimes

Te) Mysidem [posse]

Ludere) decipere [me]

Dauum) comminantis hoc dictum est. *He aqui el mesmo de quien yo te dezia, no pienses de ena gañar a Dauo.* Me miseram) Mysidem. [ô]

Mi senex) Chreme,

Pol) profectò, per Pollucem. [ego]

Iam face finem orandi) Ne me amplius
 obsecra, Yo me he pucsto ya en harto peligro, y por
 tanto dexa ya de me rogar. [nam]

Dum) ego Chremes

Studeo) operam do

Obsequi) ut obsequar, vel ut obsequeret

Tibi) Simoni, [ego]

Illusi) fefelli Penè) fere

Vitam filiaē) meæ Philumenæ, Porque tra
 bajando de te agradar y obedecer, casi he engañado la
 uida de mi hija.

Imò enim) imò potius [ò]

Chreme) [ego Simo] Oro atq; po
 stulo abs te) precibus & oratione à te pes
 to, Quam maxime) vehementer, ut ma
 gis non possim.

Vt) [tu] Comprobes) confirmes

Nunc) impræsentiarum

Re) effectum, actu.

Beneficium) [de nuptijs]

Initum dudum) iam pridem inceptum

Verbis) pollicitationibus, & promissis in
 ter nos, Mas antes Chremes yo te ruego mucho y re-
 quiero, que el beneficio que ya ha mucho tiempo me has
 prometido de palabra, que al presente lo quieras mostrar
 por hecho. [ò Simo]

Vide) [quæso] hoc est, Nonne vides

Mm ij Quam

Quàm)[tu]

Sis iniquus)[erga me] quàm sint iniqua
quæ petis à me, Præ studio)ob ma-

gnum affectum quem habes in his nuptiis,
Dum)dummodo, vt solum, vel vt tantū

Efficias)absolvas

Id quod cupis) quod habes in animo,
quod animo concepisti, quod maxime desi-
deras. Yo te ruego mira quanto seas injusto en tu de-
manda, por la grande affection y desseo que tienes de
cumplir lo que quieres hazer. [tu enim præ

studio harum nuptiarum]

Nec) cogitas)attendis, aduertis

Modum)rationem

Benignitatis)humanitatis [quæ amoris
nostro debetur]

Neque)[etiam cogitas]

Quid ores me)quid à me petas [iustum
sit, necne] Y ni piensas en lo que pertenece a la huma-
nidad, ni que cosa me demandes.

Nam)Etenim, Si)[tu Simo]

Cogites)cogitates [hoc est, haberes ratio-
nem benignitatis, vt videres an iustum sit
id quod me rogas [tu certe]

Remittas iam)nunc ommitteres, desisteres

Onerare)vexare, opprimere

Me)Chremetem

Iniurijs tuis) Porq̄ si pensasses biẽ en el hecho tu te
guarda

guardarias de cargarme de iniurias. [cedo]

Quibus)[iniurijs te onerari?] Quales?

Ah)dolentis Rogitas)petis à me,

Ay demandas me lo? per contemptum cum in-
dignatione. ac si dicat, Tu ipse scis probè q̄
sis mihi molestus. [tu Simo]

Perpulisti)impulisti, vehementer incita-
sti [verbis tuis] Me)Chremetem

Vt)ego Darem)committerem

Filiam meam)Philumenam

In seditionem)dissentionem [non matri-
moniū] quotidie enim in seditione essent in-
ter se, siquidem filio tuo nuberet, cum filius
tuus alteram amet. Atque)[in]

Nuptias incertas)vanas, & quas incertus
es an facere debeas, vel non certas, cū ignores
quid habuerit filius tuus commercij cū alia.

Homini adulescentulo)iuueni

Occupato)detento

In alio amore) in amore alterius puellæ,
[&] Abhorrenti)qui abhorreat

Ab re vxoria)ab vxore ducenda, vel à nu-
ptijs: hoc est, nolenti nubere, matrimonium
fugienti. Tu me has costreñido de dar mi hija para con-
tina discordia, para bodas inciertas, a un mancebo ocupa-
do en amor de otra, y que esta muy lexos, y aborresce
de tomar muger. [perpulisti, inq̄ me hac sola ra-
tione] Vt)lego Chremes]

Mm iij Medis

Mēdicarē) remedium adferrem
 Gnato tuo) impudico amorī filij tui
 Labore) per laborem & incommodum
 Eius) filiaē meae
 Atque dolore) mœrore, per mœrorem &
 angustias [animi]

Eius) filiaē meae. hoc est, volebas filium
 tuum ab impudico Glycerij amore abstra-
 here, atque ita filij tui insanijs mederi incom-
 modo, dolore, & ærumnis filiaē meae. Nā
 si illam coactus deserat ut meam assumat,
 perpetua futura est inter eos seditio, Porque
 remediaste a tu hijo con gran trabajo y tristeza de mi
 hija. [tu Simo] Impetrasti) [hoc a
 me ut fieret] [ego Chremes]

Incepti) [negotium de nuptijs]

Dum) quando

Res tetulit) opportunū mihi videbatur
 & commodum, dum licuit per ea quæ vide-
 bam.

Nunc) [res]

Non fert) non permittit, non sinit ut ab
 soluam, [Itaq; tu Simo]

Feras) [hoc] patiaris ut dicam, Alcançaste lo
 comence la cosa entretanto que la cosa lo sufria, agora
 no lo sufre el negocio, y por tanto ten paciencia. [nā]

Aiunt) rumor est Illam) Glycerium

Esse ciuem hinc) huius ciuitatis Atheniē
 sis, [Præterea] Est natus puer) [ab
 ea &

ea & filio tuo) Dizen que es ciudadana desta ciudad
 de Athenas: nasciole della un hijo. [itaque]

Face nos missos) rem inceptam, ita relin-
 que, omitte me tuis verbis sollicitare. Dexa-
 me ya de mas importunar. [ô Chremes]

Ego) Simo Oro te per deos)

Vt ne inducas animum) ne velis

Crederē) adhibere fidem

Illis) maledicis

Quibus id est
 maxime vtile) quibus placet, & vtile admo-
 dum videtur [si dicant, vel dum dicunt]

Illum) filium meum

Esse q̄ deterrimum) sceleratissimum. vel,
 quibus esset vtile, filius meus omnibus vide-
 retur sceleratissimus. vel, qui gauderent, & ca-
 perent vtilitatē ex filij mei incommodo &
 scelere commisso. Yo te ruego por amor de dios.
 no te pongas a creer aquellas que tienen todo su provecho
 en uer a mi hijo ser el mas uellaco del mundo. [nam]

Hæc omnia) [quæ ais facta fuisse]

Sunt ficta) conficta

Atque incepta) intentata

Gratia nuptiarum) propter has nuptias.
 Porque todas estas cosas que dizes han seido fingidas y
 comenzadas a causa de las bodas.

Vbi) tunc cum

Ea causa) occasio

Quamobrem) [illi]

Faciunt) confingūt

Hæc) [quæ narras]

Erit adēpta) remota

Mm iij His)

His) [quibus ita placet maledicere] hoc est, vbi Paphilus meus duxerit filia tuam in uxorem, [tum demum illi]

Desinent) [maledicere] tacebunt, cessabunt a maledictis, Mas quando la causa por la qual hazen esto les fuere qtada, entonces cesara. [tu Simo]

Erras) falleris, Tu te engañas. [nam]

Egomet) ego ipse Chremes

Vidi ancillam) Mysidem

Iurgantem) litigantem

Cum Dauo) seruotuo. Porque yo mesmo he visto a la criada venir con Dauo. [ego Simo]

Scio) [hoc] noui. Yo lo se bien.

At verò) Sed [ipsi iurgabant]

Vultu) intuitu, aspectu [inter se admodum proteruo] id enim reticet.

Cum) quia Neuter) [eorum]

Præsenferat) præuiderat, prius perceperat Me) Chremetem

Adesse) præsentem esse

Ibi) in eo loco, apud ædes tuas

Tum) [cum iurgarent inter se] Mas sabes como, de una cara y gesto, porque ni el uno, ni el otro del los me auia entonces visto en aquel lugar. [ego Simo]

Credo) [quod dicis] Et) etiam

Dauos) Dauus Prædixit mihi)

Simoni Dudum) lampridem [mulieres ex Glycerij domo]

Factu,

Facturas id) [quod dixisti de puero, & ancilla quæ illum ad ianuam nostram admo- uit,] Yo lo creo, y ansi Dauo me auia ya tiempo ha auisado que se auia esto de hazer.

Et) Præterea [ego Simo]

Sum oblitus hodie dicere tibi) Chremeti

Nescio quid) aliqd secreti, vel rei secretæ,

Ac volui) & etiam volui [id tibi dicere:] sed non licuit propter negotia. Y tambien tenia que dezir te oy no se que, y he me olvidado. Attrahit Simo Chremetem in domum suam. ac si diceret, Eamus intrò, ego quod volui tibi dicere, nunc dicam.

SCHOLIA.

Spectatum dicitur, quod oculis & animo ac diligentia, vndique vel vndecunque probatum est, ab antiquo verbo Specio, quod ad augures pertinebat, cum auibus intuendis operã darent. Vndè Spectatus seruus, Spectatus vir, Spectata vita, vida bien aprouada. & Spectatæ integritatis vir, Hombre de honestidad aprouada. Quod enim ab omnibus vel à nobis probatum est, id longè nobilius aut excellentius esse iudicamus. Perspectum in eodem sensu accipitur, atq; ab eodem verbo deducitur. Vt quemadmodum hîc dicit Terentius. Satis spectata est erga me tua amicitia: ita etiam Cicero dicit, Perspectissimam erga se bene

benevolentiam Attici sui. hoc est, apud se valde probatam, cognitam, compertam multis in rebus. *Amistad bien aprouada a cerca del.* sic, *Perspectum habeo Clodij animum, cognitum.* Indicatum dixit idem, quod alioqui corruptè proferas, Ego bene cognosco te, vel Ego bene cognosco tuam naturam, *Bien conocido tengo tu ingenio, tu coraçon, o tu natural.*

Facere finem orandi, pro Desistere & mittere orare: quod alio loco dixit Terentius, Ne me obsecra. per indignationem & contemptum prolatum, magnum ornatum habet, quo loco dicimus, *Yo te ruego no me hables mas en ello.* Orandi iam finem face, mitte me orare, ne me obsecra, fac finem precibus. Cicero, Finem feci offerendi mei: hoc est, desinere offerre. Non me amplius obtuli. Sic Cæsar, Finem fecit properandi in extremas Arabiæ partes. hoc est, Noluit amplius illuc properare, vel Desistit aut desijt. Finem facere orationi, æquè diceremus, pro non Amplius orare. Quemadmodum dixit Cicero, Difficile esse finem facere pretio, nisi si libidini feceris, *Difficil cosa es de acabar de apreciar, o estimar alguna cosa, si tu no pones orden, a tu de masiado de seço.* Finem facere certaminum, dixit Liuius, *Poner fin a las peleas y contiendas.* pro, Finem facere certaminibus, Imponere finem bello

bello, dixit Plinius. Sic etiam imponere finem curis & spei suæ, dixit Liuius: pro Finem facere, desistere, abstinere bello, curis, spe sua.

Adire periculum, & Subire periculum, ferè idem sunt: sed posterius maiorem vim habet. quo loco corruptè quidam dicunt, Poner se in periculo, *Poner se en peligro.* Exponere autem se periculo, magis Latinum est. Adire periculum capitis in re aliqua, dixit Cicero, *Poner se en peligro de la cabeça y uida por alguna cosa.* Ad extremum vitæ periculum adire, dixit Cæsar: Paratissimus sum ad omnia pericula tua causa subeunda. *Yo estoy apartado a poner me en todos peligros por amor de ti.* Atque is demum est vsus harum locutionum.

Illudere pro decipere & circumuenire, aut in discrimen ac periculum conijcere, variè profertur. Dicimus enim Illudo tibi, Illudo te, & Illudo in te. Cicero, Audebit illudere viri optimi existimationi. Dignum me putas quem illudas: ait Terentius. *Piensas que soy digno de quien te burles.* Quod alio loco dixit, Adeone videmur vobis esse idonei in quibus sic illudatis? In summa, omnia à [Ludo] composita, per translationem decipere significant, quemadmodum & verbū à quo descendunt. nam Ludere, decipere est, & sine adiecto

adiecto, & cum adiecto. vt Lusa est in eum fortuna. *La fortuna se jugo del, o con el.* vt, An potius æquum est pati, vt à meludatur dolis? *O poruentura es mas razon que yo sufra que sea engañado de mi?* Sic illudere: *Quandiu* (ait Cicero) nos iste furor tuus eludet? Deludere item: Idem, Deludi vosmetiplos diutius à Tribuno plebis patiemini? *Sufrireys mas tiëpo ser bur-lados del Tribuno?*

Quam maximè te rogo vel oro: & Quam maximè abs te postulo, pro Vehementer & magnopere, aut maximopere, vel mirum in modum, eleganter dicitur. Quam maximè abs te postulo atq; oro frater, vt hoc mea causa facias, *Yo te ruego mucho o hermano.* Vehementissimè à te peto, Etiam atq; etiam, id à te vehemèter cõtendo, vt maiori vehemètia, magisq; ex animo petere nō possim. Sic conuertuntur huiusmodi loquendi formulæ.

Inire, variam habet in dicendo venustatē, est enim cum pro Incipere sumatur: vt hoc loco, Initum beneficium verbis, *plazer y merced encomençada por palabras.* Est quādo pro Acquirere vsurpetur. vt, Inire gratiam alicuius ab aliquo, cū aliquo, apud aliquem, *Alcançar la gracia de alguno.* Exempla desumes ī dictionario.

Comprobare aliquid, est cōfirmando rursus approbare, Reconfirmare vulgus dicit,

Tornar

Tornar à confirmat. Maiorem vim habet quàm Approbare. Nā approbamus res semel tantum à nobis visas, quasi probas iudicemus, atq; existimemus. Cōprobamus autē, quod iam approbauimus, dicimusq; Verbis comprobare, & recomprobare aliquid: hoc est, verbis, vel re ipsa (effectum vulgò vocant) rursus approbare, quod iam rectè factum iudicaueramus. *Confirmat por obra, o de palabras lo que ya auíamos aprouado.* Id (inquit Cicero) nō solum oratione, sed multò magis vita & morib; cōprobauit, *No lo ha solamente mostrado por efecto de palabras, mas de uida y buenas costumbres.*

Præ studio, Præ ira, Præ multitudine, Præ lachrymis, id est, ob nimium studium, iram, multitudinem, lachrymas, vel propter, &c. ita enim interpretari licet. Vide quàm iniquus sis præ studio efficiendū quod cupis, vel dum efficias quod cupis. *De pressa que tienes de hazer lo que desseas.* Nihil est seruatum iuris præ impotenti ira, *Por la grande ira y enojo que tenian.* Præ lachrymis non possum tibi reliqua neq; scribere neq; cogitare; *Por las muchas lagrimas y lloros.* Hoc est, Ob lachrymas, vel Præ multitudine lachrymarū.

Neque geminatum, vehementiam addit orationi, vt hoc loco, Neque modum benignitatis, neque quid me ores cogitas, *Tu no piensas*

pietas ni a la manera de la honestidad, ni en lo que me ruegas. Frequenter interdum repetitur [neq] cum multarum rerum enumeratio ex negatione faciendā est: vt Nulla vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neq si cum altero contrahas, vacare officio potest. Extremis repetitionibus quidam addunt [etiam:] alij primo loco mittunt [neq:] quàm foeliciter, nescio. Omnino quicquid superadditur in geminatione huius particulæ, non auget dictionis vim: quin etiam boni authores nihil addunt: vt Neque iubeo, neque veto, neque suadeo. minime propriè dicas, Ego non iubeo, neque veto, neque etiam suadeo.

Onerare aliquem iniurijs vel contumelijs, est quod etiam lacerare dicitur, & afflicere iniuria. Omnibus eū contumelijs onerasti, ait Cicero: cū multis iniurijs aliquem ita afficimus, vt ijs oneratus esse videatur, nullum habet vocabulum nostrum vulgus quo id exprimat propriè.

Abhorrere à re aliqua, est quod vulgò dicitur, Non habere cor vel animū ad aliquid, *No tener desseo de alguna cosa.* hoc est, Cum horrore quodam recedere ab aliquo, vel fastidire aliquid. Horrere enim, timere est: & Horror, timor

timor atq; abominatio. Varro, Ira, odium, horror, eos ab incepto retrahit. Itaq; Abhorrere, cum ablatiuo, est cum fastidio quodam à re aliqua recedere: vt hoc loco, Abhorrere ab re vxoria, quod Cicero, atque adeò idem Terentius dixerunt, Abhorrere à nuptijs, *No tener desseo de las bodas.* Cicero. Nam idcirco se abhorrere à nuptijs, respondit: Omnino (ait Terentius) abhorrere animum hunc video à nuptijs, *Yo ueo que no tiene uoluntad de ser casado.* Cum accusatiuo autē, [Abhorrere] detestationem habet, & execrari significat, hoc est, Abominari & detestari: quæ duo maiorē habent significandi vim.

Medicari & Mederi per translationem, ad res incorporeas referē: pro Remediū adferre alicui rei, & adiuuare, & gratificari alicui in re aliqua. Maiestas principis, ait Plinius, medicatur omnibus malis humanis, *La magestad del principe da remedio a todos los males humanos.* Sic Medentur Reip. (ait Cicero) qui execant pestem aliquam, tanquam strumam ciuitatis, *Aquellos remedian a la Republica que cortan y quitan alguna persona mala como un apostema de la ciudad.* Ita quoq; Mederi alicui, pro iuuare, vel ope vel consilio: & Mederi inopiæ alicuius dicimur.

Vtile est hoc mihi, pro Capiō ytilitatē ex hac

hac re, dici potest, nisi malis interpretari, Voluptatē capere: quōd quæ nobis vtilia sunt, ea etiam iucunda ac grata esse soleant. Vtile est illis, illum esse quā̄m deterrimum. hoc est, vtilitatem capiunt vel voluptatem ex eo quod vident, aut videre cupiunt, illum esse omnium deterrimum, *Tomarium passatiempo de lo uer el mas uellaco y perdido de todos.*

Quā̄m, superlatiuo iunctū, auget superlatiuī significationē. Est quā̄m deterrimus, *Es muy maluado.* sic Quam optimus, *Muy bueno, o mas que bueno.* Hoc est, omnium deterrimus, vel inter cæteros, aut præ cæteris, vel præter cæteros deterrimus, aut optimus. Sic Quam gratissimū hoc est mihi, & Perquam gratissimum, & Quam recentissimum, atq̄ ita de cæteris.

Quamobrem, ad dictionem [res] prius expressam non semper respondet, sed ad alia de quibus loquimur: ac tunc quidem significat in medio clausulæ, ob quam causam, vel propter quid. vt, Vbi ea causa quamobrem hæc faciant erit adempta, desinent, *Quando la causa y ocasion porque hazen estas cosas les fuere quitada dexaran de hazer lo.* Cicer. Multa mihi veniebant in mētem, quamobrē istum laborem tibi etiam honori putarem fore, *Venian me muchas cosas al pensamiento y memoria por causa*

causa de las quales, &c. Alioqui [Quā̄obrē] interrogatiū est, rationē alicuius rei, vel causam petentis ac requirentis.

Erras & falleris, pro eo quod vulgus nostrum dicit, *Estas engañado.* Elegāter dicitur, cū reprehendimus aliquē eius rei, quā̄ falso sic esse existimat aut putat. Erras si id credis, *Tu te engañas bien si piensas esto.* hoc est, frustra es, vel, non ita est vt credis, ne tu frustra sis, vel ne erres. sic, Operā abuteris qui id credas, vel Vehementer falsus es, qui id credideris. Falsus es: aliter est atque tu putas.

Præsentimus rem aliquam, vel aliquē venientem, aut aliquod periculū, cum antequā id accidat, sentimus, aut percipimus. ad canes propriē pertinet. Fecisset Aedepol, ait Plaut, nisi præsensissent canes. hoc est, Nisi priusquā id facere conaretur, canes eum odorassent, & latratu expulissent, *si los perros no lo ouiesen olido y sentido antes.* Ad nostrum autem animum translatum, venustum est. vt Certa prænotione animi, præsentire deum esse, apud Ciceronem: & animo providere, ac præsentire res futuras. Sic, Præsentire sermones de se auritiōnitu, apud Plin. quod vulgō dici solet, *Las orejas me escuchan y retienen, señal es q̄ hablan de mí.*

ACTVS V. SCENA II.

A R. G. Fingit comicus confabulatos inter se fuisse

Nu

Chre-

Chremetem & Simonem de re sua, atque exeuntes videre Dauum, ex cuius sermone comperiunt Critonem appulisse Athenas, qui referret Glycerium esse ciuem Atticam. quo nuntio vehementer comotus Simo (cum iam Chremetis animum confirmasse videretur, rursusq; praesentiret alium errorem superuenire) Dauum in vincula conijcit, quemadmodum superioribus scenis erat pollicitus.

DAVVS, CHREMES, SIMO.
Dromo.

ANIMO iam nunc otioso esse impero. C. hem Dauom tibi.

S. Vnde egreditur? D. meo praesidio atque hospitibus. S. quid illud mali est?

D. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non uidi. S. scelus,

Quem nam hic laudat? D. OMNIS res est iam in uado. S. cesso alloqui?

D. Herus est. quid agam? S. o salue bone uir. D. hem Simo: o noster Chreme.

Omnia apparatus iam sunt intus. S. curasti probe.

D. Vbi uoles, accersere. S. bene sane id: enim uero hic nunc abest.

Etiam tu hoc respondes? quid istic tibi negoti est? D. mihi? S. ita.

D. Mibine? S. tibi ergo. D. introij modo. S. quasi ego quam dudum rogem.

D. Cum tuo gnato una. S. ane est intus Pamphilus? crucior miser.

Eho, non tu dixisti esse inter eos inimicitias carnifex?

D. Sunt. S. cur igitur hic est? C. quid illum censet?

CUM

cum illa litigat.

D. Imo uero indignum Chreme iam facinus saxo ex me audiis.

Nescio quis senex modo uenit: illum confidens, catus;

Cum faciem uideas, uidetur esse quantiuis pretij.

Tristis seueritas inest in uoltu, atq; in uerbis fides.

S. Quidnam apportas? D. nihil equidem, nisi quod illum audiui dicere.

S. Quid ait tandem? D. Glycerium se scire ciuem esse Atticam.

S. Hem Dromo, Dromo. D R. quid est? S. Dromo. D. audi. S. uerbum si addideris. Dromo.

D. Audi obsecro. D R. quid uis? S. sublimem hunc intro rape, quantum potes.

D R. Quem? S. Dauom. D. quamobrem? S. quia lubet. r. a. p. e. inquam. D. quid feci? S. rape.

D. Si quicquam mentitum inuenies, occidito. S. nihil audio.

Ego iam te commotum reddam. D. tametsi hoc uerum est. S. tu tamen

Cura adseruandum uinctum, atque audin? quadrupedem constringito.

Age nunc iam ego pol hodie, si uiuo, tibi

Ostendam, herum quid sit percili fallere, et

illi patrem. C. ah ne seui tantopere. S. Chreme,

Pictatem gnati, nonne te miseret mei,

Tantum laborem capere ob talem filium?

Age Pamphile: exi Pamphile. ecquid te pudet?

Nu ij

CON

CONSTRUCTIO.

[Ego Dauus] Impero) iubeo, moneo [te Pamphilum] Esse) vt sis

Nunc animo otioso) tranquillo, securo: quia, inquit Donatus, negotium sollicitudo est. Yo quiero agora que no os fatigues por nada, o quiero que no se tome mas fatiga mi trabajo. Egredite Dauus domū Glycerij, in qua erant vnā oēs: nempe Pamphilus & Crito: fingitq; hæc comicus, vt intelligas iā inter se confabulatos, qua ratione resciscere poterit Simo. Glycerium esse ciuem Atticam.

Hem) ex insperato respicientis. [ecce]

Tibi) Simoni

Dauum) seruum tuum, o ueys alli a Dauo.

Vnde) Ex qua domo [is Dauus]

Egreditur?) exit: Dedonde sale? Videt senex vnde egrediatur Dauus, potiusq; id per admirationem dicit, quam per ignorantia. [o Pamphile, tu hodie saluus eris]

Meo præsidio) per me Dauū, mea opera

Atque) etiam [præsidio]

Hospitis) aduenæ Critonis, y esto por medio o causa, y del estrágero. Persequit sermonē

Dauus extens domo Glycerij, quo sermone Pamphilum esse animo tranquillo iubet.

Illud) quod ego Simo audio, [Dauum dicere de hospite]

Quid

Quid est mali?) cū admiratione, quod malum est? Que mal es el que oyo? Audit Simo loquentem Dauum, adq; id admiratur.

Ego) Dauus Non vidi) [vnquam]

Hominem commodiorē, aduentū) [commodiorem] commodius aduenire, [&]

Tempus) hoc est, nunquam vidi commodius ad tempus quenquam accedere, atq; hic Crito accessit, iamas ui ombre mas aparejado, ni ueni da mas conueniente, ni tiempo mas oportuno.

Quemnam) hominem

Laudat) laudibus effert

Hic scelus) sceleratus Dauus? Quien es el q̄ este maluso loa? Omnis res) Omne negotium [de quo dubitamus,]

Est iam in vado.) in securitate. Todo esta ya en seguridad. Nam vt in profundo periculum est, ait Donatus, ita in vado securitas est. [Egone Simo]

Cesso alloqui) [hunc nebolem?] Cesso yo de hablar le?

Est herus) [hic quē ego audio aut video.]

Quid agam?) quid agendum est mihi? o que es mi amo, que hare?

O bone vir) in contemptum.

Salue) Dios te guarde hombre de bien.

Hem) [o here]

Simo) quasi non præuidisset,

Na iij

O Chre

O Chreme nos)ter) amice, vel necessitudinis
ne coniuncte,

Omnia) quæ ad nuptias pertinent
Sunt iam) nunc

Apparata intus) domi, O simo, o noster Chre-
mes: todo esta ya aparejado alla dentro. Hoc dicit
quia à Simone hoc negotium susceperat, ut
omnia appareret. [tu Dauus]

Curasti) fecisti

Probè) rectè. Bien lo has concertado. [igitur
ô here]

Vbi voles) quando libuerit,

Accerse) cõuoca [eos quos volueris in con-
uiuũ accipere.] Embia a llamar los quãdo mandares.

Sanè) Profectò [tu Dauus dicis]

Id) [ut conuocem quos velim]

Bene) rectè, opportunè. per ironiam.

Enimvero) Etenim

Hic) Pamphilus filius meus

Abest nunc) est absens, non est hic. Certo
bien dizes en eso, porque mi hijo no esta aqui. [An-
non]

Tu) Dauus

Respondes) non respondebis

Etiã) adhuc

Hoc) quod petam?

Quid est negotij tibi) Dauo, qd est qd agas

Isthic) in domo Glycerij? tãbien me responde
esto que te pregunto, que tienes tu que hazer ay?

Mihi

Mihĩn) [loqueris?] Quien yo?

Ita) maximè [tibi dico.] Si tu?

Mihine) [dicis?] Por uentura dizes a mi?

Ergo) Sic, nempe, sanè [dico]

Tibi) Dauo, Si ciertamente a ti digo. [ego Das-
uus] Introij) ingressus sum [domum
Glycerij.]

Modò.) nunc primùm. Yo entre agora poco
ha. Hoc est, qd vulgò dicit, No hago sino entrar.

Quasi) Ac si Ego) Simo

Rogem) interrogem

Te) Dauum

Quandudum) quanto antea tempore [sis
ingressus.] Como si yo te demandasse quanto tiempo
ha. Hoc est, ad ea quæ peto nõ respondes: pe-
to enim quid sit istic tibi negotij: respondes
autem te modò introijisse. quod callidi &
astuti ferui proprium est. [ego inquam Das-
uus introij]

Vnà) simul

Cum gnato tuo) Pamphilo. Iustamente con
tu hijo. Anne) Vtrum

Pamphilus) filius meus

Est intus) in domo Glycerij? Por uentura
esta Pamphilo alla dentro? [ego Simo]

Miser) infelix

Crucior) exrucior [hoc responso.] Yo des-
dichado soy atormentado.

Na) iij

Eho)

Eho) Agedum

Carnifex) impure, scelerate,

Nō tu dixti) nunquā dixerās [mihi Simo-
ni] Esse inimicitias) litem, iurgium,

Inter eos) Pamphilū & Glyceriū? Veni aca-
uerdugo, no me auias dicho que auia entre ellos renzilla
y odio? Sunt) [adhuc inimicitiae in-
ter eos.] Asi es que lo ay.

Igitur) Ergo Cur) [filius meus]

Est hic?) in domo Glycerij? Pnes porque esta
alla dentro? [ō Simo]

Quid censes) Quid putas

Illum) filium tuum [facere in domo Gly-
cerij?] [nempe ipse]

Litigat) contendit

Cum ea) Glycerio. Que piensas que ha de ha-
cer? rñe con ella.

Imò verò) Quinetiam,

[O] Chreme) senex

Paxo) faciam

[Vt] Audias iam ex me) Dauo

Facinus indignum) crimen maximū, Ma-
antes o Chremes yo te contare un hecho no digno que se
sufra. Conuertit ad Chremetem sermonem
suum: non enim commodū fuisset hoc nar-
rare Simoni. Modò) Nunc

Nescio quis senex venit) [ex Andro in
domum Glycerij]

Ellum)

Ellum) ecce illum, ostendit domum Gly-
cerij in qua est senex de quo prædicat. [est]

Confidens) constans, [& est]

Carus) cautus, callidus, prudens

Cum) [tu Chremes]

Videas faciem) [illius senis]

Videtur) videbitur [tibi]

Esse pretij quātiuis) magni pretij. hoc est,
eum si videas, vel vbi videris, iudicabis esse
hominem magni pretij, [nam]

Inest in vultu) [ipsius senis]

Seueritas) grauitas [quædam]

Tristis) seuera Atque) [inest illi seni]

Fides) certitudo

In verbis) in his quæ refert, Agora no se que
uiejo es uenido mirad, un hombre seguro, discreto, prudē
te, si le mirares, el gesto parece ser un uiejo de qualquiera
o de mucha estima, tiene el gesto muy seuero y graue, uer-
dad y credito en sus palabras. hoc est, quæ loquitur
fidem habere videntur. [ō carnifex]

Quidnā apportas) mihi Simoni, quid hic
narras? Que es lo que quieres contar? [ō here]

Equidem) Certè) [ego Dauus]

Nihil) [apporto tibi] Nisi) præter
quam [id] Quod) [ego Dauus]

Audiui illum) senem

Dicere) recensere, Ninguna cosa, salvo que le oy
dezir. Tandem) Denique

Quid

Quid ait) [ille senex!] *Que dize al cabo? o en que se resuelue?* [ait] Se scire) cōpertū habes re Glyceriū) amasiā Pamphili

Esse ciuem Atticam) Athenis natā, *Que el sabe bien que Glycerio es ciudadana de Athenas.*

Hem) exclamantis cum indignatione.

O Dromo, Dromo) serue. repetitio cū uehementia. Arripit Simo Dauū, & vocat aliū seruū qui compedibus vinciat eum. O la, uenaca Dromo, Dromo. [ô here]

Quid est) [quod me iubes facere, vel quas propter me tā celeriter accersis!] *Que ay!*

[ô] Dromo) iterum vocat præ commotione animi, quasi præsentem iam videat. Dromo uenaca. [verūm ô here]

Audi) [paulisper quid ego Dauus sim tibi dicturus] *Oye un poco.*

Si) [tu Dauus]

Addideris) [ad ea quæ dixisti]

Verbum) [vnum] reticentia est cum animi commotione.

[ô] Dromo) *si me hablares mas una palabra, O la Dromo.* quarto vocat eum cum magna indignatione. [ô here]

Obsecro) vehementer te oro

Audi) [quid ego Dauus dicam] *Yo te ruego oye un poco.* [ô here]

Quid vis?) quid petis à me Dromone!

Que

Que mandas mi amo? Rape) Corripe

Quantum potes) cum violentia

Hunc) Dauum Sublimem) in sublime, in altum, [& duc eum]

Intrò) in domum meam, *Arrebatame a este, lleuandole en alto lo mas ay na que podras alla dentro.*

Quem) [vis rapiam!] *A quien?*

Dauom) [dico] *A Dauo.* [At verò here]

Quamobrem) quare [hoc iubes facere mihi Dauo!] *Porque?*

Quia lubet) [mihi Simoni] ô Dromo [ego Simo] Inquam) rursus [dico]

Rape) [Dauum,] *Porque me plaze, y lo quiero ansi, arrebatame le por fuerça te digo.* [Sed ô here]

Quid) [ego Dauus] Feci) commisi, *Que he hecho?* [heus Dromo]

Rape) [Dauum] *Tomale.* [ô here]

Si inuenies) [me Dauum]

Mentitum quicquam) in aliquo mendacium tibi dixisse, Occidito) [me Dauum] *si tu hallares que te he mentido en algo, mata me.* [ego Simo]

Nihil audio) non audio quod dicis.

Ego) Simo Reddam) efficiam

Iam) nunc Te) Dauum

Commotū) celerē, *No o ygonada, yo te dare ago ra priessa de ir: o yo te turbare y tratare como mereces.*

Tametsi) Nihilominus tamen

Hoc)

Hoc) [quod ego Dauus dixi tibi hero]
 Est verum) ita vt dixi, *Toda uia esto que te he dicho es uerdad!* Tamen) attamen
 Tu) Dromo Cura) da operam
 Afferuandum) vt diligenter custodias, *serues* [hunc Dauum] Vincum) ligatum
 Atque audin') audisne etiam?
 Constringito) strictum retineto [tanq̃]
 Quadrupedē) hoc est, ita deligato manus
 & pedes huius Dauu, vt quadrudes videat.
 Age) fac [quod dico]
 Nunc) sine mora: hoc est, festina, accelera,
Tu con todo pon guarda que le guardes con diligencia atado, y oyes tu? atale de manos y pies como un bruto a quatro pies despachate.

Pol) per Pollucem Ego) Simo
 Si uiuo) si quidem ero superstes
 Ostendam hodie tibi) Dauo
 Quid sit pericli) quod sit damnum, quam
 graue sit incommodum
 Fallere) decipere Herum) [tuum]
 Et) [ego etiam, si uiuo hodie, ostendam]
 Illi) Pamphilo [quid sit pericli fallere]
 Patrem) [suum] me qui sum eius pater, *Yo te prometo si yo biuo aun, que yo te mostrare, que peligro ay de enganar a tu amo, y el a su padre.*
 Ah) corripientis. [ô Simo]
 Ne sæui tantopere) ne sis adeo crudelis,
 remitte

remitte aliquantulum hunc furorem, *O no seas tan cruel.*

O Chremes) Senex amice [nonne vides]
 Pietatem) honestatem. per ironiam.
 Gnati) mei Pamphili?
 Nonne miseret te) Chremetem
 Mei) Simonis? [oportetne, vel æquumne
 est me] Capere tantum laborem) tantam
 operam & diligentiam insumere.
 Ob filium talem) huiusmodi? *O Chremes adon de esta la piedad y honestidad de mi hijo? no tienes la estima de mi? tomar tanto trabajo por un tal hijo.*

Age) Agedum, ehodum
 [ô] Pamphile) fili accersit Pamphilum, *tu
 betque exire cum magna indignatione.*
 [ô] Pamphile exi) [foras]
 Ecquid) Nunquid Pudet te? pudore
 perfunderis? *Ea Pamphilo, sal aca fuera Pamphilo. tie
 nes por uentura uerguença alguna? Incipit sermonē
 & correptionem, anteq̃ filium videat, quod
 plus æquo commoti patris indicium est.*

S C H O L I A.

Impero te animo esse otioso: hoc est, iubeo te tranquillo esse animo: minus autem frequens est [impero] in hoc significato, rari men dici potest. Otioso autem animo esse dicuntur, qui securi viuunt. Hoc est, sine curis & anxietate: nam qui negotium habent, securi

securi non sunt, aut otiosi. itaq; qui nihil curant, animo tranquillo esse dicuntur. Ea locutione vtemur in sermone vulgari, dum aliquid quē vehementius consolabimur, metumque adimemus, quo loco corruptè quidā dicunt, Noli curare, & Noli amplius frangere tibi caput de hoc, *No te congoxes, ni fatigues mas.* hoc est, Ne sis tantopere de hac re sollicitus, ne te amplius conficias mcerore: animo tranquillo te esse iubeo, animo iā nunc otioso esse impero. Sic dixit Gellius, Mater iubet eos à metu otiosos esse: hoc est, solatur eos, atque imperat ne quid timeant, *Ella los consueta, que no tenga temor.* Sic quidam, Libertatem otiosam, & otiosum honorem dixit, pro tranquillo, *Honrra y libertad apazible.*

Res est in vado, prouerbialis locutio, pro Res est in tuto: quod corruptè dicitur, Res bene vadit, *El negocio va bien.* tracta metaphora à loco fluminis, qui propter breuitatem pedibus transiri potest, vadum appellant. nā quemadmodum, ait Donatus, in profundo periculum consistit, ita est in vado securitas. In vado salutis res esse videtur, ait Plautus. *El negocio esta en saluo.*

Bonus vir, & Vir bonus, per ironiam & contemptum dicitur, quod vulgus nostrum ait, *Hombre de bien.* Eiodum bone vir quid
ais!

ais! *Ea pues hombre de bien que dizes? hoc est, Vir nequam, vel vir astute & dolose.*

Probè curasti, & Curasti probè, quo loco dicunt quidam, Tu bene fecisti, quoties rei bene gestæ aliquem laudamus, vel alicui congratulamur, quòd negotium rectè confecerit. Omnia iam apparatus sunt intus, *Todo esta aparejado alla dentro.* Curasti probè, *Bien lo haziste, o negociaste.* Fecisti quod decet: rectè factum est: probo vel laudo te quòd ita feceris. Probè, aduerbium, in hoc dicendi modo perelegans, Fecisti quod iusseram & feci. probè. *Bien hecho esta.* Sic Probè sentire, mone re, comminisci, & huiusmodi.

Vbi, pro quando, venustum est. Vbi voles, accerse: hoc est, Quando voles, conuoca quos inuitasti: dum libuerit, quando placebit. Sic alibi, Vbi vis, accede. hoc est, quando placebit tibi, *Ven quando querras.*

Quid isthic tibi negotij est? elegantius quàm si barbarè proferas, Quid habes hic ad faciendum? *Que tienes tu que hazer aqui?* Est mihi negotium intus, *Yo tengo que hazer alla dentro.* Quod barbarè dicitur, Ego habeo intus ad faciendum. Variabis autem hoc pacto, Est mihi intus quod agam. Nescio quid intus agendum est mihi. Est mihi intus aliquid negotij.

Quàm dudū, pro quanto antea tempore,
pereleg

perelegans. Quàm dudum huc aduenisti? *Quàto ha que ueniste aca? Corruptè dicitur, Quod tēpus est quod tu uenisti huc! vel Quantum est, quòd? quidam paulo Latinus dicunt, A quo tempore huc uenisti? Respondetur autem eleganter, Modo, aut Non ita dudum, Agora, o no ha mucho. ut, Quàm dudum è foro aduenisti domum? Non ita dudum. Venitne frater? uenit. Quando? hodie. Quam dudum? modo. Ad tempus enim refertur.*

Confidens & in bonum, & in malum sumitur quemadmodum & ea dictio quã uulgo efferimus, *Confido que ningun miedo tiene*. In bonum, Decet innocentem seruum atq; innoxium, confidentem esse, ait Plautus. *Es me nester que un bueno y leal seruidor sea seguro, o que no tenga miedo. Qui fortis est, inquit Cicero. idè est confidens. In malum, Nihil hoc homine est confidentius, qui quæ uidet, ea pernegat, No ay cosa de mayor confiança que este, el qual niega hasta al cabo o del todo lo que uee el mesmo.*

Catum uocabant antiqui quem Latini res appellarunt Cautum: hoc est, prouidentem, uel prouidum in rerum administratione: ut Catum consilium, apud Plautum: & Homo catus, apud Cicer. Sic parum cautos prouidosq; fuisse quosdam, ait idem, qui ad tutandas insidias minus essent parati.

Quam

Quantuis pretij homo, comica loquendi formula dicitur, pro cuiusuis pretij, hoc est magni: non enim ad paruitatem refertur. Vulgi locutio est, *De tan grande precio y estimã que podrias dezir o estimar*. Nomen atq; omen, ait Plautus, est quantuis pretij.

Qui ait tandem? uenustum, pro eo quod barbarè dicitur, & bene, quid dixit? uel, & postea, quid dicit? *X bien que dixe al cabo & y pues que hadicho al cabo: vis est in dictione [tandem] quæ habet uirgens & accelerans quiddam, quasi responsum acceleret. Quemadmodum si seruum aliquo miseris, & redeuntem, etiam adhuc in uia, perconteris quid dixerit is ad quem missus fuerat: Quid ait tandem? cui interrogationi eleganter subicitur uerbum [ait] in responsione. Quid ait? Se facturum quod iubes. Quid ait tandem? Se protinus uenturum. *Que uendra luego.**

Uerbum si addideris, comminantis locutio, cum imperiose iubemus aliquem tacere, quo loco corruptè dicitur, *Si mihi dicas adhuc unum uerbum, Si me dizes mas palabras*. reticentia est præ commotione: subicitur enim, Ego te percutiam, uel ego te in pistrium coniiciam, uel quiduis aliud.

Inquam, imperantis, cum repetitione, per elegans est, cuius loco uulgo dicitur, *Te digo*.

Oo

Fac

Fac inquam: hoc est, rursus dico tibi. Rape inquam, *Arrebatale te digo.* In eo sensu [dico] non est vsque adeo proprium: corrupte enim effertur, *Facias dico tibi.*

Quid est periculi? *Que peligro ay?* Sic etiam, Quid est incommodi, dicere possumus, atque id eleganter. Ego hodie, si viuo, tibi ostendam, quid sit periculi, præceptorem fallere, *Yo te mostraré ay si viuo, que peligro ay de engañar a tu maestro.* hoc est, Quod periculum subeas, vel in quod periculum te conicias, dum conaris fallere præceptorem, aut mihi imponere.

Nè sæui tantopere, *No seas tan cruel.* qua forma dixit Virgilius, *Ne sæui magna sacerdos:* sic dicas, *Ne irascaris tantopere, Ne commouearis tantopere, No te enojas o turbes tanto.* dum aliquem cohibemus, aut iram alicuius verbis reprimimus.

Capere laborem, nolim putes esse barbarum: quo loco dicimus, *Tomar trabajo.* nam Latinissimum est. Non fuit causa, cur tantum laborem caperes, ait Cicero. *No era menester tomar tanta pena o trabajo de venir a mi.* Sic hoc loco, *Tantum laborem capere ob talem filium!* *Tomar tanto trabajo por un tal hijo?* *Labores multos ob eam rem, eum ego cepisse censeo, Plautinum est, Yo creo que tomo*
mucho

mucho trabajo por aquello.

Non te pudet? *Ecquid te pudet?* *No tienes verguença?* elegantius quam si dicas, *Non vereris?* vel *barbare,* *Non habes verecundiam?* cum aliquem impudentiæ reprehendimus. *Nihilne te pudet?* dixit Plautus. & *Non facti pudet?* *No tienes alguna verguença de tu mala obra,* o de lo que hiziste? *Pudere enim, in his quæ turpiter fiunt. Vereri, liberorum est, & eorum qui honesti gratia mouentur.*

ACTVS V. SCENA III.

A R G. Accerfenti se patri respondet Pamphilus. Eum vehementer obiurgat Simo, quod audierit Glycerium esse ciuem Atticam: nam id confictum fuisse existimat, quò liberior esset ducendæ excusatio. Purgat se Pamphilus, atque id verum esse contendit: tamen se patri obsequuturum pollicetur, petitque veniam: quam ut det, etiam exorat Chremes.

PAMPHILVS, SIMO, CHREMES.

Q Vis me uult? perij. pater est. S. quid ais omnium? C. ab,

Rem potius ipsam dic: ac mitte male loqui.

S. Quasi quicquam in hunc iam grauius diu possiet.

Ain tandem? ciuis Glycerium est? P. ita predicant.

S. Ita predicant! o ingentem confidentiam.

Num cogitat quid dicat? num facti piger?

Vide num eius color, pudoris signum usquam indicat!

Adeon impotenti esse animo, ut præter ciuium

Morem atque legem, & sui uoluntatem patris,

Tamen hanc habere studeat cum summo probro?

Oo ij

P. Me

P. Me miserum. S. modò ne id demum sensisti Pamphile?
 Olim istuc, olim, cum ita animum induxisti tuum,
 Quod cuperes aliquo pacto efficiendum tibi,
 Eodem die istuc uerbum uerè in te accidit.
 Sed quid ego? cur me exerceo? cur me macero?
 Cur meam senectutem huius sollicito amentia?
 Ut pro huius peccatis ego supplicium sufferam?
 Imò habeat: ualeat: uiuat cum illa. P. mi pater.
 S. Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris.
 Domus, uxor, liberi inuenti inuito patre:
 Adducti qui illam ciuem hinc dicant. uicereis.
 P. Pater licetne pauca? S. quid dices mihi. C. at
 Tamen Simo audi. S. ego audiam? quid ego audiam
 Chreme? C. attamen dicat sine. S. age dicat: sine.
 P. Ego me amare hanc, fateor. si id peccare est, fateor
 id quoque.
 Tibi pater me dedo. quiduis oneris imponere: impera.
 Vis me uxore ducere? hanc uis amittere? ut potero, feram.
 Hoc modo te obsecro ut ne credas à me allegatum hanc
 senem.
 Sine me expurgem atque illum huc coram adducam. S.
 adducas? P. sine pater.
 C. Aequum postulat. da ueniam. P. sine te hoc exorem.
 S. sine.
 Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli cõperiar Chreme.
 C. Pro peccato magno paulum supplicij satis est patri.

CONSTRUCTIO.

Quis) homo Volt) petit, accersit.
 Me

Me) Pamphilum? Audit Pamphilus se
 accersiri ab aliquo, atque ob id exit, hæc di-
 cens [ego Pamphilus] Perij) nullus
 sum. uidet patrem Simonem [nam]

Est pater) [meus Simo qui me accersit].
 Quien es el que me demanda? perdido soy, quien es mi
 padre? [tu Pamphile]

Omniū) [qui sunt, fuerūt, sceleratissime]

Quid) [nunc]

Ats) dicis, vis dicere, vel dicere nunc po-
 tes? Que dizes tu? que me quieres agora dexir? o sobre
 todos los hombres. Reticentia est, quasi uellet Si-
 mo non solū conuictis, sed etiam uerberibus
 filiū afficere Ah) reprimentis [ô Simo]

Potius) citius Dic) effer [filio tuo]

Rem ipsam) [propter quam illi succen-
 seas] Ac mitte) omitte Male lo-
 qui) conuictari [illi] dic potius quid cum uel-
 lis, vel quam obrem filiū accersieris, atq; inte-
 rim uerbis ac uerberibus tempera, O Simo an-
 tes te di la cosa y el negocio, y dexa las injurias.

Quasi possiet dici quiddam) Ac si aliquid
 possiet contorqueri, ac conuictari

Iam) nunc In hunc) Pamphilum

Grauius) magis iniuriosum [q̄ hoc quod
 fecit] Como si se pudieffe agora dexir cosa demasiada o
 fuera de razon contra este. Quid me reprimis, ut
 uerbis abstineã Chreme? Nam quæ grauior

Oo iij iniuria

iniuria potest in eū contorqueri, q̄ hoc quod
commisit facinus? etiā si omnibus eum con-
uitijs afficiam, nullum tamen conuitium
æquare poterit filij mei crimen. [agedum
Pamphile] Ain')aisne

Tandem) ad extremū: hoc est, tandē quid
ais? quid tibi videtur? [an]

Glycerium) meretrix

Est ciuis) [attica] Bien al cabo que dizes? Glycea
no es ciudadana de Athenas?

Prædicāt ita) sic ferē. ita narrāt [qui eā à
pueris norunt. Ansi lo dizen. [dicisne quodd]

Ita prædicāt:) repetitio per iracundiam.

O confidentiam) audaciam [hominis]

Ingentem) magnā. clamatio est, ac si dices
ret, Videto quæso quanta audacia est hic im-
pudēs, q̄ vel me præsentē audiat id affirma-
re. [ô Chremes] Vide) Aduerte

Num) an, nunquid [hic Pamphilus]

Cogitat) Videt, attendit

Quid dicat?) Ansi lo dizen? o de la confianza y os-
sadia mira poruētura, piensa en lo que dize. [vide inq̄]

Nū piget) vel pudet [tuum filium meum]

Facti) criminis [quod cōmisit?] Poruētura ite-
ne uerguença, o se arpieñte de lo hecho? [vide inq̄]

Num color) [in facie] Eius) filij mei

Indicat vsquam) ostendit

Signum pudoris) verecundiam aliquam!

Per

Poruētura su color muestra alguna seña de uerguença?

Ne) An [possibile est filium meum]

Esse animo adeò impotēti) imbecillo, par-
uo. per ironiam & sensum contrarium. hoc
est, Vide num est filius meus adeò magno
atque audaci: vel si velis non ironicè di-
ctum, vt sit sensus, Quis vnquam credat
filiū meū esse animo adeò impotēti, hoc
est vili, abiecto, aut languenti.

Vt præter morem ciuium) contra con-
suetudinem eorum qui ciues sunt Attici.

Atq̄) [præter] Legem) statutum [ci-
uium Atheniensium] Et) [præter]

Voluntatem patris sui) qui sum ego

Tamen) nihilominus [ipse filius meus]

Studeat) velit, dare operam. Habere)

[in vxorem] Hanc) meretriculam

Cum probro) dedecore

Summo) maximo! Es posible que sea de tan
poco animo, que contra la costumbre, y le y desta ciudad,
y contra la uoluntad de su padre, toda uia trabaje de te-
ner esta a su grande deshonra. [ô] Me) Pamphilū

Miserum) infelicē, O desdichado de mi. Anis-
mo commoto atq̄ irato, hoc dicit Pamphis-
lus. propter verba patris. [ô]

Pamphile) fili Ne) an

Demū) tandē Sēsti) perceptisti, sensisti

Id) [quod accidit tibi]

O iij) Modo

Modò)nunc? [nempe esse miserum] Ago-
ya primeramente caes en ello que eres malauendurado? vt
fit sensus, Nunc demum Pamphile, re para-
eta, animaduertis erratum tuū? Olim o-
lim)Iampridē.repetitio vim addit reprehē-
sioni Cum)[tu Pamphilus]

Induxti animū tuū) in animū inducebas.
 Istuc quod cuperes) id quod cupiebas.
 Esse efficiendū tibi) [statim] esse tibi faciē-

dum, Aliquo pacto) quoquo modo

Istuc verbum) hoc prouerbium

Verè accidit in te) verè contigit tibi

Eodem die) hodie, *Enel tiempo pasado, quando*
determinauas en tu coraçon, que lo que desseaas, como
quiera quello fuisse por alguna manera fuisse cumplido
por ti, entonces esse mesmo dia essa palabra uerdadera-
mente se cumplio en ti. Olim erat mos tuus, vt qd
desiderares protinus effectū uideres, quoquo
pacto id accidere deberet. nūc idē hodie verè
in te accidit, uideto q̄ foeliciter. Sed) verū

Quid ego) Simo [nunc conor efficere? qd
 tot verbis opus est?] cū contēptu hoc ait, filij
 sui vitā quodāmodo negligēs. Cur) vt qd

Excrutio) macero Me) Simonem

Cur) [ego] Sollicito) sollicitos reddo

Meam senectutem) meos annos

Amentia) propter dementiam

Huius) [filij mei] An) [id facio]

Vt es

Vt ego) senex

Sufferam supplicium) luam pœnas

Pro peccatis huius?) pro crimine quod
 hic commisit? *Mas que es lo que hago? Porque me*
atormento? porque fatigo mi uejex por la locura deste?
poruentura para que sea yo castigado por sus faltas y
peccados? Imò) Quin potius [ipse]

Habeat) [illam vxorem,]

Valeat) abeat, Viuat) degat

Cum illa) [Glycerio.] *Mas antes que la tenga,*
que se uaya en ora mala, que biva con ella. [ô]

Mi pater) rogantis veniam, aut petentis
 vt audiat, cum adulatione. Mi padre.

Quid) [attinet vt dicas]

Mi pater?) quid hoc sibi vult quod ais, mi
 pater? cum indignatione & contemptu, quæ
 si renuat velle filium audire.

Quasi) Ac si Tu) Pamphilus

Indigeas) opus habeas

Huius patris) hoc patre, cum nihil facias
 eorum quæ præcipit. *Que mi padre? como si tu*
ouieses necesidad de tal padre. Non enim opus
habet filius patre, si recusat eius præceptis
obtemperare.

Domus) [est inuenta] vxor) [Glycerium
 est inuenta]

Liberi) [filij sunt inuenti] hoc est filius,
 nam est heterosis numeri.

Inuito

Inuito patre) contra voluntatem patris.
Hallado se ha casa, muger, y hijos cõtra uoluntad de tu padre. [sunt testes] Adducti) producti,
 inuenti, subrogati [à te, vel alio quopiam]
 Qui) [testes] Dicant) affirmant
 Illam) Glycerium [esse]
 Ciuem hinc) huius ciuitatis, *Han se traydo castigos que digan que es ciudadana de Athenas, ea pues que quedas por uencedor.* [Igitur quando ita est, tu Pamphilus] Viceris) vincas, per me non stat quo minus ita sit, aut illã habeas, [ô mi] Pater) adulantis Ne) an
 Licet) licitum est [mihî per voluntatem tuam proloqui, aut te audire adhuc]
 Pauca) [verba:] sine me adhuc pauca proloqui, *Mi padre quereys que diga una palabra?*
 Quid) [tu Pamphilus]
 Dices) dicere aut proloqui poteris
 Mihî) patri? *Que es lo que tu me podras dezir?*
 per contemptum, quasi recuset audire.
 Attramen) At saltem [ô]
 Simo) senex
 Audi) [quid dicturus fit filius.] *A lo menos*
Simo oye le. [ô]
 Chreme) senex [iubetne vt]
 Ego) Simo
 Audiam) [excusationem filij:]
 Quid) [vis vt]

Ego

Ego audiam) audire possim? qd putas eum mihi dicturũ? *Quid opus est, vt vltra attẽdã?*
Oyr le he? que es lo que tengo de oyr?
 Attramen) at saltem, [ô Simo]
 Sine) permittite [vt filius tuus]
 Dicat) proferat, producat [rationes suas in medium.] *Si quiera dexta le dezir.*
 Age) Agedum [ipse]
 Dicat) loquatur: [ego Simo]
 Sino) permitto, non repugno. *Ea pues que diga yo soy contento, y le dexo dezir.* [ô pater]
 Ego) Pamphilus Fateor) non nego
 Me amare hanc) quod ego hãc amen, [&]
 Si id) [quod eam amen]
 Est peccare) peccatum est, si in hoc peccato aut aberro, [ego]
 Quoque) etiam, itidem
 Fateor) confiteor
 Id) [esse peccatum:]
 Pater) Simo, ego [Pamphilus]
 Dedo me) committo
 Tibi) tuo imperio.
 Impone) [mihî,] humeris meis
 Quiduis oneris) onus quod volueris.
 Impera) iube [filiũ tuũ facere qp voles.]
Yo confieso, que amo a esta si eso es peccado o yerro yo confieso tambien eso mi padre yo me doy a ti, pon la carga que quarras sobre mi, y mandame lo q̃ querras.
 Vis)

Vis) iubes Me) filium tuum
 Ducere) [aliā]
 Vxorem) nubere alteri!
 Vis) iubeſne [me].
 Amittere) relinquere
 Hanc) Glycerium! [ego Pamphilus]
 Feram) perpetiar [id quod voles]
 Ut potero,) vt mihi licebit, quomodo
 cunque. *Quieres que yo me caſe, quieres que dexa a eſta? yo lo ſufriré lo mejor que yo pudiere.*
 Modò) Tantummodo [ego Pamphilus]
 Obſecro) vehementer rogo
 Te) patrem
 Hoc) hanc rem, vel de hac re,
 Ut ne) vt non
 Credas) exiſtīmes, putes
 Hunc ſenem) [eſſe]
 Allegatum) adductum, productum
 A me) filio tuo, [Quapropter]
 Sine) permittite [ô pater, vt ego Pâphilus]
 Expurgem) abluam
 Me) filium tuum [hac ſuſpicionē quam
 de me concepſti.]
 Atque) [ô pater, ſine vt ego]
 Adducam) adducere faciā, aut venire iubeā
 Illum) ſenem
 Huc) coram te, *Alomenos te ruego que no creas ni pienses que yo aya traydo a eſto uiejo por teſtigo, permite*

permite que yo me deſculpe : y que le trayga delante de ti. [Vis ſinam vt eum huc]
 Adducas) venire iubeas! per iram & com
 motionem. *Que lo traygas? Ac ſi diceret, Quid hîc faciet ille ſenex, dū venerit? aut, Aequum ne tibi videtur, vt iubeam te illum adducere? Nunquid omnes me haberent ludibrio? [ô]*
 Pater ſine) permittite. blandientis amœniter.
Mi padre permite lo. [ô Simo, certè filius tuus]
 Poſtulat) petit a te
 Aequum) quod iuſtum eſt, [Itaque]
 Da veniā) [illi,] *El pide lo que es juſto, perdona le.* [ô pater] Sine) [vt ego filius tuus]
 Exorem te) patrem
 Hoc) quod iuſtum peto. Sine vt hoc à te
 obtineam atque impetrē oratione mea. *Dexa me padre que yo alcance de ti eſto.* [ô]
 Chreme) [ego Simo]
 Sino) permitto [vt exoret & impetret hoc
 à me, vel vt producat hunc ſenem,
 Cupio quiduis) [fierî] *Yo deſſeo que ſe haga qualquiera coſa juſta.* Dum) modò
 Ne comperiar) non videar
 Me) Simonem Falli) decipi
 Ab hoc) [ſene, vel ab hoc filio meo,] *En tanto que no ſea yo hallado engañado del.* [ô Simo]
 Satis eſt patri) dare, vel exigere à filio
 Paulum ſupplicij) paucas pœnas, parum
 ſup

Supplicium

Pro magno peccato) [quod filius commiserit,] Vn padre se deue de contentar con hazer pe queño castigo de un grande yerro de su hijo. Hoc est, Nemo pater pro maximo filij delicto debet in eum saeuissimè animaduertere, sed satis est, si leuiter irascatur, & pro magno malo paululum supplicij inferat aut reddat.

SCHOLIA.

Velle aliquem, absolutè, pro Cupere conuentum, frequentissimum est, & tam interrogatiuè, quàm in responsione vsurpatur. In interrogatiuè, vt hoc loco, Quis me volt? *Quien es el que me demanda?* Hoc est, Quis me conuentum cupit? Rectius dictum, quàm si dicas Ineptè, Quis est ille qui me quærebat? nam Quis me vocat? aut Quis me quærit? Latinius est. In respõsione, vt prima scena huius comœdiæ, Paucis te volo: & volo te verbis pauculis, si tibi molestum nõ est, apud Plautum, *Yo te quiero hablar un poco, si no te es molesto, Te tribus verbis volo, Yo te quiero dezir tres palabras.* Est paucis vos quod monitos voluerim, ait Plautus, *Yo os querria auer amonestado de un poco.*

Res, pro eo quod dicimus, veritatè alicuius rei, peruentum est. Rem omnè à principio

incipio audies, *Tu oyras del comienço toda la uerdad de la cosa.* Quod vulgus dicit, Ego dicam tibi omnem veritatem. Dico vt res est, *Yo digo la uerdad como ansi ua la cosa.* Additur [ipsa] ad maiorem expressionem. Dic potius rem ipsam, ac mitte malè loqui, *Mas antes di la uerdad de todo, y dexa de hablar mal.* Apertè rē ipsam loquutus est, *Ha dicho la uerdad bien claramente.* Re ipsa, vel ipsa re comperio, quod prædixeras, vel ita fuisse factum, *De hecho hallo asi auer sido hecho como dixeras.* Quod & vera dicere poteris. Re ipsa tibi istuc dolet, ait Terentius, *A la uerdad desto te dueles.* Distat argumentatio tua à re ipsa atque veritate, ait Cicero.

Malè loqui alicui, pro Conuitiari, & verbis iniuriã facere, pulchrū est. At etiã furcifer malè loqui audes? non ego te noui? *Tienes a un osadia de me injuriar maluado? no te conozco yo bien?* Pergin'hero absenti malè loq̄ impurissimè? *No cessaras tu jamas de injuriar y mal hablar del amo absente?* Sic hoc loco, Mitte malè loq: hoc est, Abstine à conuitijs. *Dexa estas injurias, no le injurias mas.* Quemadmodum superius dixerat, Mitte orare, *No quieras mas rogar, o dexate de rogar me.* Si malè mihi loquēris, petus audies. Præceptor mihi malè loquutus est, quod corruptè dicitur, Ipse dixit mihi iniurias.

Graue, ad verba si referatur, significat vel magni

magni momenti, vel magni ponderis, quod vulgò dici solet, *De grande efficaci*. Ob id quòd grauius sint leuioribus ponderosiora. In bonum & in malum sumitur, in bonum, Grauius erit tuum vnum verbum ad eam rem, quàm centum mea: hoc est, maioris ponderis ac momenti. Plus vno verbo efficies, quàm ego centum, *Mas has con una palabra, que yo con ciento*. Graue de inimico testimonium. In malum: vt Grauiore verbo appellare re aliquè: apud Cic. *Dezir alguna grãde injuria a alguno*. Si hoc loco, Grauius in eũ nihil dici potest, *No le podrian dezir peor*. O ingentem confidentiam, O hominẽ audacem, O audaciã, O hominẽ impurum: huiusmodi locutiones per exclamationem quandam cum detestatione, rectius per accusatiuũ effertur, quàm per nominatiuum. Nam per nominatiuum, vocandi potior est gratia: quanquam etiã dolentis interdum ponitur, sed raro. per exclamationem autẽ, ineptum esse si diceres, O inges cõfidentia, *O de la grande uellaqueriu*. Ingẽs autẽ maius est, quàm si dicas Magnum, augetq; rem ipsam, & stupendũ atque admirandum significat, tam in bonũ quàm in malum. In bonũ, vt Ingens pecunia. Ingentes impensæ. Ingentis nominis rex. Ingentis spiritus vir, apud Liuiũ, Sic Ingentes gratiæ

gratiæ, & Ingens gaudium In malum, vt hoc loco, Ingens confidentia, pro Insigni audacia. sic, Ingens facinus, & monstrum horrendum, ingens: hoc est, Immensum, admirandum, valde magnum.

Impotentem animum, hoc loco Terentiũ malim pro Scelerato, audaci, temerario, & valida immoderataq; potentia cõmoto sumere, quàm pro debili: nam patet filium obiurgat, quòd præter voluntatem suam, & præter ciuium morem ac legem velit aliã vxorem ducere. Ea forma Sifenna vocauit impotentiam animi, qua vel ad iram, vel ad lætitiã, præter æquũ ducimur: & Quintilianus pueros monẽdos præcepit, ne quid improbè, ne quid impotenter faciant. Cicero quoque quinta Philippica, vocat Antonium impotentissimum, & animo hostili, ardentẽ odio. Vndẽ Dominatus impotens, pro superbo: & Impotenter regnare, apud Hirtium, pro Iniuste & impiè.

Studet hoc habere. Vnum omnes studentis. Ocs mulieres æquè studet, voluntq; omnia: hoc est, cupiunt, affectat, vehemẽter optat. Id enim studere significat, accusatiuo iunctũ.

Modõne id demum sensisti Petre? pro, An tantummodo nunc sensisti? *Agora cayste enello? agora lo sentiste?* Cum aliquem apud nos

Pp conque

conquerentem audimus de re, quam malè sibi cefisse dicat. Veluti si quis ex condiscipulis tuis conqueratur, se esse miserum ob id, quod præceptoris voluntati non obtemperauerit, poteris respondere venustè, *Mò done id demũ sensisti! nōne hoc tibi iam diu prædixeram! Nūcne demum hoc percipis! quod alioqui corruptè dicitur, Non videras tu adhuc!*

Accidit in me, & accidit mihi, hoc differunt: quòd Accidit in me, sit in caput meũ, vel in meũ periculũ, atq; in malũ plerunq; sumit: Accidit mihi, hoc est, cōtigit, euenit mihi, veluti forte quadã: atq; id interdum in bonũ, vt plurimũ autem in malum. Istud verbum hodie verè in te accidit, vt qui te miserũ iure dicere possis, *Esta palabra uerdaderamente acaescio oy en ti, q̄ te puedes dezir con razon desuēturado.* Prouidendum, ne hoc in mediocri homine accidat, inquit Cicero. Nihil mali accidisse Scipioni puto: mihi accidit, si quid accidit. *Yo no pienso que uino mal a Scipion.*

Verè, aduerbium, Latinissimum est, pro eo quod dicimus Certè, & quod vulgò dici solet In veritate. *En uerdad, de hecho uerdaderamente.* cui cōtraria sunt, Fictè & falsò: vt, Verè, & falsò accusari in amicitia, & Maiores nostri non fictè & fallaciter populares, sed verè

& sa

& sapienter fuerunt. Cicero. *verdadera y sabidamente.* Sic Verè & liberè loqui: & Verè viuere: pro bene & honestè. & Verè aliquid dicere, pro, Certò, & non fictè, aut dubiè. Iure autè ablatiuus, est quod dicitur Meritò, *con razon.* vt, Iure euenit. Iure factum iudico. Hoc mihi iure accidit aut obrigit.

Imò, pro Quin potius, permissio quædã irati & commoti animi. Imo habear, valeat, viuat cum illa. vulgus nostrum ait, *Mas antes que la tenga, vel, Ea pues que la aya.*

Indigeo, pro Opus habeo, genitiuo & ablatiuo construitur, vt Indigeo celeritatis, & celeritate, defensionis & defensione, tui & te. Quid enim erat Africanus indigens mei? ait Cicero. *Que tenia que hazer de mi? que necesidad tenia de mi?* Val. Max. Malo virũ pecunia, quàm pecuniam viro indigentem.

Viceris, Dixeris, Feceris, huiusmodi optatiua venustam habent in dicendo gratiam, cū permittimus aliquid cum indignatione, quod tamen factum nolumus. Earũ dictionum loco, proferunt corruptè quidam, Bene, ego sum contentus. Veluti si quis tecũ de re aliqua ita obstinatè contendat, vt etiã cōtra ius vincere cupiat, aut arroget sibi quod aliquis fecerit aut dixerit, cum tale quid ab altero factum fuerit, ornate respondebit,

Pp ij

Vice

Viceris, *Yo soy contento, yo te lo doy ganado. Dixeris, Yo soy contento que tu lo ayas dicho. Feceris, Yo estoy contento que tu lo ayas hecho. Permissio cū indignatione eius qui amplius contendere aut disceptare nolit.*

Licetne pauca? rogantis est veniā, aut eius qui à maiore suo, veluti à præceptore, patre, aut Senatore attentionem expostulet, vt saltem pauca audiat. *Quereys que diga dos palabras? Pater, licetne pauca? hoc est, Licetne per tuam beneuolentiam, vt ego pauca loquar? aut, Placetne me audire paucis agentē? corruptè dicitur, Domine, rogo adhuc vnū verbum. Præceptor, licetne pauca? Respondebit, Agedum per me licet, vel, Age dic, sino: quod dicitur ineptius, Ego sum contentus, Licetne id scire quid sit? podre yo saber que es esto? Mea hercle causa licet, Yo soy contento, yo no pondre ningun impedimento. Plautinæ sunt locutiones.*

Sine dicat, Sine id faciat, Attamen dicat sine: quod alioqui corruptè dicitur, Dimitte eum facere, aut dicere. Sine hoc te exorem. Sine paululum ad me vt redeam, *Dexame un poco tornar en mi. Sine, is ad pubertatis annos perueniat, Dexale que uenga a la mocedad. Respondebis eleganter, Age faciat, Dicat, Viuat, Sino, Ora sus yo soy cōtento, yo lo permio. Hoc tibi*
pros

proponam exemplū huius formulæ: quærat præceptor, Ehodum Petre, quid ais tandem? hocne fecisti? Non feci. O ingentē confidentiā. num cogitat quid dicat? non facti piget? ego pol hodie, si viuo, tibi ostendā qd sit præceptorē fallere. ego te cōmotū reddā. Præceptor. Quid pceptor? nihil audio. Præceptor, licetne pauca? Quid dices mihi? Attamen præceptor audi. Quid ego audiā? Attamen loquar sine. sine me expurgē. Age dic, sino. Fateor id quoq, Faciam id quoq, Dicam id quoq, elegantius quàm Ego etiam id faciam, vel vt corruptè dicitur, Ego faciam etiam. Ego quoq, id fateor, dici potest. Ego præceptor me fecisse fateor. si id peccare est, fateor id quoq. *Yo confiesjo tambien esto.*

Tibi me dedo, hoc est, Sum tuus, vel Tuus sum. ea est loquutio quam vulgò efferimus, *Yo estoy a uestro mandar. Qua vt i possumus obsequij causa, quod nos amico pollicebimur. Fac in meam gratiam, quod te admonui Petre. Tibi me dedo. Yo me doy a ti. Quanquam deditioem in hoste fieri solere quidam dicant.*

Quiduis oneris impone, Onera me quantum vobis, lube, Impera quod lubet, concinne dictum, quoties alicui te in omnibus obsequuturum polliceris atq, adfirmas, quoties

operam tuam vel laborem offers amico in omnibus, *Manda me lo que quisieres.* Quiduis oneris impone: neque hic, neque alibi futura est in me mora. Exemplum hoc tibi sit, Quando profecturus Carole! Perendie. Est mihi fasciculus literarū ad Bayfium, quo te lubēs onerarim. Tibi Perrote me dedo: quiduis oneris impone, impera, *Yo estoy a tu mandado, cargame quanto quisieres, manda me.* Idē quoq; dicere poteris de alijs rebus.

Expurgare, & Purgare simplex, ad crimen & noxam aut peccatum translatum, est id quod vulgò dicimus, *Des, culpaysse de alguna falta, yerro, o pecado.* Hoc est, vitio se purgare. Aiunt accusatum fuisse Lælium in Senatu, quod amicitiaē leges violauerit. At ille se palām expurgauit. Translatio sumpta à tritico aut leguminibus, quæ paleis & viciā, aut alijs rebus emundantur. Dicimus autem, Expurgare, & purgare se apud aliquem, vel alicui, de re aliqua: &. Expurgare, aut purgare crimen suum apud aliquem. De altero ei me purgavi, ait Cicero. &, Quintus frater purgat se mihi per literas. Multum defensor purgandis criminibus consequitur. Purgate igitur, magis oratorium est, & in vsu frequentius.

Modò, pro Tantummodo, vel tantū, vel solum

solum perelegans est. Hoc modo, te obsecro, vt ne credas me adfuisse, *Esto solo te suplico que no pienses auer yo seido presente.* Quidam circa res ciuiles modò versari theoricen putant, ait Quintilianus: hoc est, tantummodo, vel solum circa res ciuiles.

Quiduis cupio, dū ne à te me falli cōperiar, *Yo soy contento de todo, mas que yo, no sea hallado engañado de ti.* Quiduis patiar, modò ne aliā qua turpitudine afferatur, *Yo sufrire todo lo que quisieres.* Corruptè, Ego sum contentus de omnibus. Et, Ego patiar totū. Dūmne, p modōne, venustū est. Cic. Ego si cui adhuc videor segnior fuisse, dūmne tibi videor, nō laboro, *Mas que no sea de ti, no se me da nada.* Sic, Quot vellet præfecturas sumpsit, dūmne ne gotiarentur. Ita etiam hoc loco, Quiduis patiar, dūmne ab hoc me falli comperiar.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. Hac scena omnis error fabulæ aperitur. Crito controuersiam dirimit: Pasibulam antea vocatā fuisse Glycerium detegit: Chremetis esse filia comperitur. Id gaudet Pamphilus: Dauus vincus soluitur.

CRITO, CHREMES, SIMO,
Pamphilus.

Mitte orare: una harum quæuis causa me, ut faciam, monet:
Vel tu, uel quod uerum est, uel quod ipsi cupio Glycerio.

CH. Andrium ego Critonem uideo: certè is est, sal-

nos sis Crito.
 Quid tu Athenas insolens? C R. euēnit. sed hiccine est Simo?
 C H. Hic est. S. mēn' queris? cho tu, Glyceriū hinc ciuem esse ais?
 C R. Tu negas? S. itāne huc paratus aduenis? C R. quare? S. rogas?
 Tūne impunè hoc facias? tūne hīc homines adolefcēntulos,
 Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illīcis?
 Sollicitando et pollicitando, eorum animos lactas? C R. si nūsic es?
 S. Ac meretricios amores nuptijs conglutinasc?
 P. Perij: metuo ut substat hospes. C H. si Simo hunc nō uis satis,
 Non ita arbitrèrè: bonus hic uir est. S. hic uir sit bonus?
 Itāne attemperatè uenit hodie in his nuptijs,
 Vt ueniret antehac nunquam? est uerò huic credendum Chreme?
 P. Nī metuam patrem, habeo pro illa re illum quod monēcam probè.
 S. Sycophanta. C R. hem. C H. sic Crito, est hic: mitte. C R. uideat qui fiet.
 Si mihi pergit, quæ uolt, dicere: ea que non uolt, audiet.
 Ego istæc moueo, aut curo: non tu tuum malum æquo animo feres?
 Nam ego quæ dixi, uera an falsa audieris, iam sciri potest.

Atticus

Atticus quidam olim nauī fracta, apud Andrum eiectus est.
 Et isthæc una parua uirgo. tum ille egens, forte applicat Primū ad Chrysidis patrem se. S I. fabulam inceptat
 C H. sine.
 C R. Itane uerò? obturbat. C H. perge. C R. tum is mihi cognatus fuit
 Qui cum recepit. ibi ego audiui ex illo, sese esse Atticum. Is ibi mortuus est. C H. cuius nomen? C R. nomen tam cito tibi?
 Phania. C H. hem, perij. C R. uerum hercle opinor fuisse Phaniam.
 Hoc certo scio, Rhānūsum se aiebat esse. C H. ò iuppiter. C R. Eadem hæc Chreme muli alij in Andro tum audivere. C H. utinam id sit
 Quod spero, cho dic mihi, quid eam tum Crito? suāne aiebat esse? C R. non.
 C H. Cuiam igitur? C R. fratris filiam.
 C H. Certe mea est. C R. quid ais? S. quid tu ais? P. arripe aureis Pamphile.
 S. Qui credis? C H. Phania ille, frater meus fuit. S. no ram, et scio. C H. is
 Bellum hinc fugiens, meque in Asiam persequens proficisatur.
 Tum illam hic relinquere est ueritus, post illa nunc primū audio
 Quid illo sit factum. P. uix sum apud me, ita animus cōmotus est metu,

Spe,

Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

S. Ne istam multis tuam inueniri gaudeo. P. credo pater.

CH. At mihi unus scrupulus etiam restat, qui me male habet. P. dignus es

Cum tua religione, odio. NODVM in serpo quæris.

CR. quid istuc est?

CH. Nomen non conuenit. CR. fuit hercle aliud huic parue. CH. quod Crito?

Nunquid meministi? CR. id quero. P. egone huius memoriam patiar mee

Voluptati obstare, cum ego possim in hac re medicari mihi?

Non patiar. heus Chreme, quod quæris, Passibula est. CR. ipsa est. CH. ea est.

P. Ex ipsa audiui milies. S. Omneis nos gaudere hoc Chreme,

Te credo credere. CH. ita me di ament, credo. P. quid restat pater?

S. Iamdudum res. reduxit me ipsa in gratiam. P. o lepidum patrem,

De uxore ita, ut possedi, nihil mutat Chremes. CH. causa optuma est,

Nisi quid pater aliud ait. P. nempe. S. scilicet. CH. dos Pamphile est,

Decem talenta. P. accipio. CH. propero ad filiam. cho mecum Crito.

Nam illam me haud nosse credo. S. cur non illam huc transferri iubes?

P. Recte

P. Recte admones. Daui istuc dedam iam negoti. S. non potest.

P. Qui? S. quia habet aliud magis ex sese, & maius. P. quidnam? S. uinctus est.

P. Pater, non recte uinctus est. S. haud ita iussi. P. iube solui obsecro.

S. Age fiat. P. at matura. S. eo intro. P. o faustum & felicem hunc diem.

CONSTRUCTIO.

[o Pamphile] Mitte)omite, desine Orare)precibus sollicitare Me)Critonē. Fingit Pamphilum iā orasse, & contendisse precibus à Critone, vt patri suo Simonī gnauiter iam aperiret. [nam] Vna quæuis causa) vna ratio, aut occasio quam volueris.

Harum)ex his [quas mox dicam] Monet me) Critonem [vt rem omnem de tegam] No me ruegues mas. la menor destas causas me amonestá que lo haga.

Vel tu) aut amor tuus, & ærumnæ quas ob amorem perpeteris Vel)[id]

Quod est verum) aut ipsa veritas Vel)[id] bonum Quod)[lego Crito] Cupio)desidero

Ipsi Glycerio) O tu, o porque es la uerdad, o el biē que yo quiera á esta Glycerio. Ego)Chremes

Video

Video Critonē Andrium) qui est ex Andro insula Et certē) & profectō

Est is) ipse, primō tantum videt, atque eum esse ambigit: secundo autem aspectu hominem certis indicijs agnoscit, qui mos senibus est peculiaris.

[o] Crito) hospes

Sis saluos) saluus, incolumis.

Quid) Ad quid Tu) Crito

Insolens) insolitus [nunc venisti]

Athenas) in hanc urbem? Yo ueo a Crito de Andria, y cierto es el. O crito tu seas bien uenido, que has res tu en esta ciudad, adonde no tienes costumbre de uenir?

Euēnit) Causa accidit.

Sed) Verūm Hic) ne) nonne hic

Est Simo) pater Pamphili? An) se ofrescio la cosa, mas no este Simo?

Est hic) ipse. Si, es este.

Mēn quæris?) An tu Crito vis mihi aliquid? quærisne me Simonem?

Eho) Agedum Tu) [quicumque sis] per indignationem Ais) [an] dicis

Glycerium esse ciuem hinc?) huius ciuitatis? Buscas tu a mi? uenaca dices tu que Glycerio es adadana de aqui de Athenas? [an verō]

Tu) Simo Negas) negare uelis [eā esse ciuem?] Niegas lo tu?

Itāne aduenis) An sic accedis

Huc)

Huc) in hanc ciuitatem

Paratus) promptus, subornatus, & dolo compositus [vt hæc constringas, quō nuptiæ differātur? Asi uienes aca aparejado para estas cosas?

Quare?) Quamobrem? Porque dizes esto? [tūne adhuc]

Rogas?) petis? per ironiā cum iracundia.

Tūne facias) putāsne te facturum

Hoc) [quod facis, nempe, vt huc paratus uenias, ad disturbandas nuptias]

Impunē) non punitus? quin pœnas luas?

Tūne) An tu Hic) hoc loco, vel in hac ciuitate Illicis) illicere & attrahere conaris [tuīs blanditijs]

In fraudem) in deceptionem: hoc est, an tu hic dolo se decipere studes,

Homines adulescentulos) iuuenes adhuc in adolescentia existentes.

Imperitos rerum) imprudentes, nescientes quid agant, qui nondum norunt quo more sit uiuendum. [&]

Eductos) educatos

Liberē) honestē, liberaliter. hoc est, qui semper honeste educati fuerunt, Preguntas lo? piensas tu de hazer esto sin ser castigado? Como asi uienes a sobornar por tus engaños los mancebos, que no saben las cosas, que han sido siempre criados honestamente. [tūne inquam]

Lactas)

Lactas) illicis, blanditijs tuis persuades, ac
trahis Animos) ingentia

Eorum) adolescentulorum

Sollicitando) frequētibus verbis impellē
do, atq; vrgēdo [ad id quod cupis eos facere]

Et pollicitando) promittendo multa do-
na [quò facilius eos inducas in tuam opinia-
onem ac scelus:] *Atraes sus coraçones fatigandoles,
y prometiendoles muchas cosas?*

Ne) An [tu Simo] Es fanus) sa-
næ mentis! *Estas en tí? o en tu sefor?*

Ac) & [tūne etiam ille es qui]

Conglutinas) quasi glutino coniungis &
copulas Nuptijs) ad nuptias.

Amores meretricios) impudicos & sceles-
ratos adolescentulos qui meretricio, non au-
tem honesto amore correpti sunt! *Que alle-
gas y ayuntas los amores de putas, con las bodas.*

[ego Pāphilus] Perij) Nullus sum. [nā
ego] Metuo) timeo

Vt) ne [hic] Hospes) Crito

Substet) patri [meo] verbis paternis succu-
cumbat, ob patris iram & verba aspera des-
finat id asseuerare quod erat mihi pollicia-
tus. *Perdido soy, tengo miedo que nuestro hosped se
dexe uencer.* [ô] Simo) Vicine

Si) [tu] Noris) nosse

Satis) bene Hunc) Critonem,

Non

Non arbitrare ita) [de illo] nunquam
ita iudicares, nō diceres ea quæ dicis, non cō-
ciperes eam de ipso opinionem. [etenim]

Hic) Crito Est vir bonus) probus.

*O Simo si tu conociesses bien, quien es este, no tendrías
este concepto del, este Crito es hombre de bien.*

[visne mihi persuadere quod]

Hic) Crito Sit vir bonus) honestus

Ne) an [hic Crito] Venit) accessit

Hodie) [in hanc urbem]

Ira attemperatē) adeò de industria, ad tem-
pus, tēpestitē In his nuptijs) [filij mei]

in ipso articulo nuptiarum Vt) quasi

Nunq̄ veniret) venerit. tēpus pro tēpore.

Antehac) prius, ante hoc tempus.

Verò) Sed [ô] Chreme) vicine [an]

Est credendum) credere debemus) & fide-
dem adhibere

Huic) verbis huius hospitis! *Que sea hom-
bre de bien. Es uenido oy así a proposito y justamente
al tiempo destas bodas nunca auiendo uenido antes. pien-
sas pues Chremes que se aya de dar credito a este?*

Ni) [ego Pamphilus]

Metuam) timerem

Patrem) Simonem. Nisi timerem, ne pas-
ser succenseret ob id quòd ego cum hoc
hospite confabularer, & dolum esse iudica-
ret. [ego Pamphilus]

Habeo)

Habeo) in promptu est mihi
 Probe) optime [aliquid]
 Quod moneam) admoneam
 Illum) Critonem Pro illa re) quam
 obijcit pater, *Si yo no temiese a mi padre, yo ten-
 go bien algo para auisar a este quanto a este punto.*

Sycophanta) calumniator, per iracundiam
 & conuitiū hoc obijcit Simo Critoni.

Hem) indignantis. audiēs Crito conuitiū,
 videtur velle commoueri, & Simonem impe-
 tere. [ô] Crito, hic) Simo Est sic)
 huiusmodi, huius naturæ, talis, [qui cōmo-
 tus ad conuitia promptissimus sit] [Itaque]

Mitte) omitte [illum] vel tempera verbis
 aut verberibus. Chremes cohibet Crito-
 nem, ad verbera paratum ob conuictum. Crito
mi amigo este hombre es tal, dexale. [ipse igitur
 tur Simo]

Videat quis fiet) videat quis ipse sit dis-
 cendus, quo conuictio sit appellandus: nam
 ego non sum sycophanta, sit ipse quod vol-
 ler. [Si ipse Simo]

Pergit) persequitur Dicere) [in
 conuictium] Mihi) Critoni [ea]

Quæ volt) quod lubet, [ipse]

Audiet) [à me] Ea) conuictia

Quæ non volt) quæ nolet audisse. *Mire
 quien sea el, que si profigue a dezirme lo que se le an-
 toja,*

toja, oyrã lo que no querra. [An] Ego) Crito
 Moueo) turbo, commoueo,

Aut curo) efficio Isthæc) de nu-

ptijs [quæ tu mihi imponis Simo!]

Non) Nōnne Tu) Simo

Feres æquo animo) patienter

Tuum malum!) noxam quam commisi

sti in his nuptijs! Nam) etenim

Iam) statim Potest sciri) scire poteris

[ex his quæ mox dicam] An) vtrum

[Ea] quæ ego) Crito

Dixi) protuli [de Glycerio]

[Tu Simo] audieris) intellexeris [esse]

Vera) [an]

Falsa) sintne verè aut falso à me prolata.

*Piensas que yo mucuo esto, o me doy mucho por ello? No
 sufriras tu con paciencia tu mal? porq̄ y a se puede bien sa-
 ber, si las cosas que dixi, y oyrte de mi, sean verdaderas,
 o falsas.* Nunc narrationem incipit,

Quidam) Nescio quis [ciuis]

Atticus) Atheniensis

Eiectus est) [in portum]

Apud) circa Andrum) insulam

Fracta naui) [sua] ob nauim suam fractã,
 quia periculo maris, nauis eius fracta esset.

Et vnà) simul [cum hoc ciue Attico, de
 quo loquor, eiecta est]

Isthæc) Glycerium [quæ erat adhuc]

Qq

Virgo

Virgo parua) parua, *Vn ciudadano de Athenas a causa de su nao, que se quebro en la mar, fue hecha do al puerto de la isla Andros, y juntamente esta Glycerio, que aun era utergen bien pequena.* Tum)

Ille) ciuis Atticus

Forte) fortuna, casu, vt res tulit

Primum) primò

Applicat se) venit, appulit, accessit [tanquam] egens, & naufragium passus]

Ad patrem Chrysidis, in domum patris eius Chrysidis, quæ nuper mortua est hic Athenis. *Entonces a caso allega primeramente al padre de Chrysis.* [hic iam]

Inceptat) incipit Fabulam) rem fictam, narrationem mendosam, *Comiença a contar mentiras.* [ô Simo]

Sine) mitte, permitte [eum dicere aut absoluere] *Dexale dezir.*

Itane verò? Siccine [hic agit?] [cur]

Obturbat) inturbat sermonem & narrationem meam? *Ansi lo haze? estorua me.* [ô Crito]

Perge) prosequere, *Passa adelante.*

Is qui recepit eam) virginem

Tum) per id tempus, eo tempore

Fuit) erat Cognatus mihi) cognatione mihi deuinctus Ibi) tunc

Ego) Crito Audiui) intellexi

Ex illo) cognato meo,

Sese

Sese esse Atticum) quod ipse esset Atheniensis, vel ex Attica regione,

Is) Atticus ciuis

Mortuus est ibi) apud Andrum, *El que la recibio, entõces era mi primo. entonces yo supe del mesmo que era de Athenas. Este murio alli.* [verum dic mihi Crito, quòdnam fuit]

Nomen eius) Attici ciuis, *Como se llamaua, o como era su nombre.*

Tibi) Chremeti

Tam cito) adèd prompte & celeriter

Nomen) eius referam?

Phania) [fuit eius nomen] *Tan presto su nombre? llamaua se Phania.* Hem) aduertentis cum admiratione. [ego Chremes]

Perij) nullus sum, *Ay perdido soy.*

Verum) Sed, certè, pro certo

Hercle) per Herculem [ego Crito]

Opinor) existimo. quasi adhuc dubitet. [eum ciuem Atheniensem]

Fuisse Phaniam) Phaniæ nomen habuisse. Scio hoc) Certò) pro certo,

[quod is cognatus meus]

Aiebat esse se Rhamnusium) dicebat se esse ex oppido Rhamnusio in Attica regione. *Cierto pienso que fue Phania, yo se bien esto de cierto que dezia que era de Rhamnusio.* O Iupiter)

[quid ego audio?] admiratio cum

Qq ij vehes

vehementissima exclamatione, O dios del cielo.

[ô] Chreme)

Multi alij audiuerunt) [ex Phania]

Hæc eadē) hæc ipsa [quæ nunc audis, nē
pe ipsum dicentem, se fuisse Rhamnufium]

Tum) tunc temporis

In Andro) nostra insula, Mira Chremes otros
muchos han entonces oydo estas mesmas palabras del
en esta isla Andros.

Vtinam) Sit) esse possit

Id quod) [ego Chremes Spero)
[esse] hoc est, utinam is sit frater meus.

Eho) Agedum [ô] Crito) hospes

Dic mihi) Chremeti Quid) [is Pha
nia aiebat] Tum) per id tempus,

Eā) [sibi fuisse] Ne) an) [is Phania]

Aiebat) dicebat [eam virgunculam fuisse]

Suam) filiam aut natam: Pluguisse a dios, que
fuisse lo q̄ yo espero: enaca Crito, dime, que dezia, quien
era ella: dezia que era su hija?

Non) minis
me verò, No. Igitur cuiam) cuius filiam

[dicebat eam esse:] De quien pues? [dicebat
eam esse] Filiam) gnatam

Fratris) sui, Hija de su hermano.

Certè) Profectò [ô] Crito, hæc virgo quā
ais] Est mea) gnata aut filia, ciertamente

es mía. [ô] Chremes]

Quid ais?) narras [mihi Critoni:] Que dizes?
[ô]

[ô] Tu) Chremes.

Quid ais?) [mihi Simoni:] Que es lo que tu
dizes? [ô] Pamphile) apud se loquitur

cum maximo gaudio: est enim nunc catastro
phes initium.

Arrige aures) attende diligenter. & more ani
malium, quæ mobiles aures habent, attolle
aures, quò facilius & attentius audias. trans
latio est. Pamphilo alza las orejas, esta atento.

Qui) quomodo, vt quid [tu Chremes]

Credis) [hoc tam facile:] Como crees tu esto?

[ô] Simo] Ille Phania) [quem recensuit
Crito] Fuit) erat

Frater meus) Este Phania era mi hermano. [es
go Simo] Noram) noui [hominem]

Et scio) eum fuisse fratrem tuum] Yo le co
nosci bien, y lo se. Is) Phania

Fugiens bellū) timens bellicos tumultus,

Et persequens) sequēs, vel sequi cupiens

Me) Chremetem [qui secesseram]

In Asiam)

Proficiscitur) recedit, abit

Hinc) ex hac vrbe, aut ex Attica regione,

Tum) ex eo tempore [cum proficisceretur

hinc] [ipse Phania frater meus]

Est veritus) noluit præ pudore,

Relinqueret) illam) filiam meam

Solam) nullis parentibus sociatam

Qq ij

Hic

Hic) Athenis, Post illa) ab eo tempore quo recessit, [ego Chremes]

Audire nunc primū) nunc demū intelligo [ex verbis tuis] Quid sit factū illo) de illo, Este huyendo la guerra y siguiendo me en Asia se par-
tio de aqui. entonces tuuo miedo de dexarla sola aqui. des-
pues de aquel tiempo oygo agora primeramente que fue
hecho del. [ego Pamphilus]

Vix) aegre Sum apud me) constat apud me quis sim, pene mei sum oblitus

Ita) adeo Animus [meus]

Est commotus) concitatus

Metu) propter metum ac timorem inopi-
natū [quem habeo, ne hoc credat pater] [&]

Spe) expectatione [quam habeo de ducen-
da Glycerio] [&]

Gaudio) laetitia [quam concepi ex narra-
tione Critonis]

Hoc) hac re, propter hanc rem

Tanto mirādo) adeo admirandam, [atq;]

Hoc bono) hac foelicitate Tā repēti-
no) quae mihi tam repente & praeter opinio-
nē accidit. A gran pena estoy en mi, así es. comou-
do mi animo por miedo, por esperanza, y alegría desta
marauilla tan grande. y deste bien tan de presto uenido.

Næ) Certè, profectò) [o Chremes, ego Si-
mo] Gaudeo) sum laetus [Glycerium]

Inueniri) quod inueniatur

Multis)

Multis) [testimonijs] vel apud multos
Tuam) [filiam] aut gnatam. Cierito yo estoy
bien alegre, porque es hallada ser tuya por muchas
señales. [o mi]

Pater) [ego Pamphilus] Credo) fa-
cile opinor, Mi padre yo lo creo.

At) Sed, verū) [o Crito]

Restat) superest Etiam) adhuc

Mihi) Chremeti

Vnus scrupulus) dubium aliquod

Qui male habet) angit, torquet

Me) Chremetem: superest aliquid, quod à
te scire debeo, aut desidero, aut equam ego om-
nino adducar in opinionem, vt hæc mea
sit. Mas aun me queda una duda, la qual me atormenta.
[tu quidem Chremes] apud se loquitur Pam-
philus.

Es dignus odio) qui ha-
beatis odio, quem omnes oderint, qui sis
apud omnes in odio. Cum) [isthac]

Religione) pterate

Tua) cum hoc tuo scrupulo aut dubio,
[nam tu Chremes]

Quæris nodum in scirpo) iunco palustris,
qui adeo est leuis, vt nodis omnino careat:
hoc est, in re facili & apertissima scrupulum
moues aut facis. Tu eres digno, de ser aborres-
cido con esta tu duda, y conscientia es scrupulosa. Tu buscas
nudo en el juncos. [o Chreme, dic]

Qq) iij Quid

Quid est istuc) [quod te male habet?]
quisnam est is scrupulus, quem te male ha-
bere dicis? *Que es esto que dizes que te atormenta,*

Nomen) [quod nunc habet ea, quã dico
aut existimo esse filiam meam]

Non cõuenit, accedit, aut concordat [cũ
eo nomine quod habuit filia mea, quam se-
cum paruulam hinc abduxit frater] *El nombre
no conuiene, o no quadrã bien.*

Hercle) Equidem Fuit aliud) [no-
men] Huic filiaẽ tuã

Paruaẽ) dum esset adhuc paruula, *Ella tenia
otro nõbre, quando era pequeña.*

[õ] Crito) hospes & amice

Quod [nomen ei fuit quãso?]

Nunquid) Annon Meministi) *suc-*
currit nunc tibi eius nominis? Dime pues Crito
qual no se te acuerda? [ego Crito]

Quãro) disquiro [in memoria]

Id) nomen, *Yo lo busco.*

Ne) An Ego) Pamphilus

Patiar) sinam, permittere debeo

Memoriam huius) Critonis

Obstare) obesse Voluptati meã)

meis delitijs, ei rei quam tantopere opto.

Cum ego) Pamphilus

Possim medicari mihi) remedium adferre

In hac re) meã voluptati? [ego Pãphilus]

Non

Non patiar) non sinam, [vt ex huius in-
certa memoria mihi aliquod accidat incom-
modum,]

Heus Chreme) vocat Chremetem, vt illi
dicat nomen filiaẽ suã. [nomen id]

Quod) [tu] Quãris) à Critone]

Est Pasibula) *Sufrire yo, que la memoria deste
trayga prejuizio a mi dele yte, o a mi deffeo, pues que yo
me puedo dar medicina en este echo? yo no lo sufrire, o
la Chremes, el nombre que demandas, es pasibula. [certẽ
õ Chremes]*

Est ipsa) est nomen ipsum, tu Pamphile
nomen inuenisti, *Ella es. [certẽ õ Crito]*

Est ea) *Ella mesma es. [ego Pamphilus]*

Audiui) intellexi Millies) multoties

Ex ipsa) Glycerio [hoc sibi paruulaẽ no-
men fuisse,] *Yo se lo oy dezir a Glycerio mas de
mil uezes. [õ Chreme, ego Simo]*

Credo) existimo, puto

Te credere) quod tu credas,

Nos omnes) [quotquot hic adsumus]

Gaudere) lætos esse

Hoc) propter hoc, [quod reperta est filia
tua,] *Yo creo bien Chremes, que tu crees bien, que to-
dos nosotros estamos muy alegres por esto? [Ego
Chremes]*

Credo) [hoc, nõpe vos omnes lætos esse]

Ita di ament me) Ita me ament superi,

Ansi

Ansi me ayude dios que lo creo.

[O] Pater) Simo

Quid restat) [nūc,] quid amplius superest?

Que resta mas agora mi padre? [ô Pamphile]

Ipsa res) [quam compertam nūc habeo,]

Iamdudū reduxit me) patrē tuū Simonē

In gratiam) [apud te,] *Esta cosa me torno ya rato ha a que te perdonasse.*

O patrem lepidum) venustum. in quo plurimum est lepōris. *O buen padre y gracioso.*

Chremes) senex Nihil mutat) iam non mutat amplius sententiam

De vxore) [mihi relinquenda,]

Ita vt) [iam]

Possedi) [eam Glyceriū filiā Chremetis, tanq̄ esset mea vxor,] *Chremes no rehusara agora de me la dexar por muger, ansi como la que ya antes.*

Causa est optima) lūre id facere debeo,

Nisi) si non Pater) tuus Simo

Ait) [nunc] dicit Quid) nescio quid

Aliud) ab opinione tua, *Es mucha razon, salm no si tu padre no quiere dexar otra cosa al contrario.*

Nempe) certē [pater meus nihil aliud est dicturus.] *Nunca dira otra cosa.*

Scilicet) [ego Simo aliquid dicerem,]

Si yo diria algo. [igitur ô]

Pamphile, dos) [filiæ meæ]

Est decem talenta,) ego dabo filiæ meæ
pro

pro dote decem talenta, O Pamphilo el dote de mi hija es diez talentos. [ego Pamphilus]

Accipio) [hanc dotem & conditionem,] *Yo la recibo.* [interea Ego Chremes]

Propero) festino

Ad filiam) meam, [vt videam hanc ex insperato repertam,] Eho) conuocantis

[O] Crito) hospes [accede] Mecum) [ad filiam meam, vt eam mihi ostendas,]

Nam) Etenim [ego Chremes]

Haud credo) non puto,

Eam) Glycerium filiam meam

Nosse me) cognoscere [absq̄ aliquo q̄ hoc ipsi declarat] *Yo me voy agora a mi hija, uen conmigo Crito: porq̄ ya no pienso que me conoce.* [ô Chremes]

Cur) vt quid Non iubes) præcipis

Illam) filiam tuam Transferrī) adduci

Huc) ad te? *Porque no la hazes venir aca?* [ô pater, tu quidem]

Admones) iudicas, censes

Rectē) ex æquo. Nam potius æquum est vt illa ad Chremetem accedat, quàm Chremes ad illam. *Tu dizes bien mi padre.* [itaq̄ ego Pamphilus]

Dedam istuc negoti) dabo hoc negotiū

Iam) nunc Dato) seruo meo, *Yo dare este cargo a Dauo.* præcipiā seruo meo, vt

hoc efficiat, vt Glycerium huc conuocet ad patrem

patrem suum, [ô Pamphile, tuus Dauus]

Non potest) [iam istud efficere tuo iussu]

No puede. [ô pater]

Qui?) quamobrem? Porque?

Quia) [Dauus]

Habet aliud) negotium aliquod

Magis ex sese) quod magis ad se pertinet,

Est maius) maioris momenti, Porque tiene otro negocio que le toca mas, y q̄ le es de mayor importancia. [ô pater]

Quidnam) [est id quod habet maius?] Que cosa es essa? [tuus Dauus]

Est vincus) tenetur in ergastulo, Est en prison atado.

[O] Pater) [meus Dauus]

Non est vincus) non cohibetur vinculis

Recte) iure, ex æquitate. O padre no esta justamente atado. [ego Simo]

Haud iussi) non præcepi

Ita) [fieri debere,] Yo no lo mande assi. [ô pater]

Obsecro) peto à te. cum obseruatione. Mi padre yo te suplico.

Iube) præcipe [Dauum]

Solui) liberari catenis, Hazle soltar.

Age) Agedum igitur

Fiat) dissoluatur iubeo, Ea pues haga se assi.

At) Verum [ô pater obsecro]

Matura)

Matura) iube hoc celeriter fieri. Mas ruego te, que te despaches. [ego Simo]

Eo) me confero

Intro) domum, [vt seruum tuum dissoluam,] Yo voy alla dentro.

O diem nunc faustum) ô quantum hic dies est faustus mihi

Et foelicem) & foelix! O dia bueno y dichoso!

SCHOLIA.

Mitte orare, Ne me obsecra, Sat habeo. Eiusdem formulæ locutiones, pro eo quod dicas, Desine mihi plura de hac re dicere. omitte has preces & orationes, sat sine precibus efficiam. Quoties nos in amici gratiam aliquid effecturos pollicemur, etiam si non oret: hoc est, absque eo quod oratione sua à nobis illud ipsum tantopere contens dat, Dexame hazer, no es menester rogarme tanto. Sed, Ne me obsecra, potius renuētis est, quā aliquem iniqua petentem à nobis cum obsecratione reiicimus, No me hables mas, no me uengas a rogar me, o a quebrar la cabeça, yo no hare nada. Sat habeo, quum post narrationē amici, qua nos rogat, vt in aliquo præstemus auxiliū, rem omnem nos intellexisse significamus, annuimusq; nos obsequium laturos, Abasta. Quemadmodum autem hoc loco dixit Terentius, Mitte orare: sic Plautus dixit, Mitte scrutari

mitte scrutari, *Dexa te de pesquisar no quieras escu
drinar lo.* Et Quintilianus, Verum hoc exequi mitto. Atque his locis Mittere, pro Desinere & omittere ac desistere sumitur, quæ admodum, Mitte malè loqui. alioqui Mittere, est legare & producere: quæ significatio omnibus notior est, quàm vt exemplis opus habeat.

Causa, pro eo quod rationem dicimus, factis est elegans. Causa leuis impulit me, vt hæc facerem, ait Terentius in Hecyra, *Yo fui mouido de una pequeña causa y razon a hazer esso.* quæ admodum hoc loco, vna quæuis harum causa monet me, vt hoc faciam, *La una destas dos causas me amonesta de hazer esto.* Cicero dixit, *Certe scio, te hoc fecisse cum causa, Yo soy cierto, que lo hiziste con alguna causa.* Sic, Ea causa hoc feci. *Por esta causa, y razon.* Quemadmodum dixit Terentius circa finem huius scenæ, Causa optima est, *La causa es muy buena, tiene buena causa.* Quod corruptè alioqui dicitur, Habet bonam rationem, vel Est bona ratio.

Monet nos causa aliqua, quemadmodum & Monet res, & Monuit epistola: hoc est, ea causa, re, vel epistola fuimus admoniti, vt hoc faceremus. Tunc etiam res inanimatae nos admonere dicunt, quoties ex ijs conijcimus, vel argumentum capimus, nos aliquid debere

bere facere vel omittere. Res ipsa te monebat vt faceres, inquit Cicero. Hoc abs te non postulem, nisi res ipsa moneat: hoc est, nisi ex ipsa re colligerem æquum esse, vt te admonerem, *La razon el caso el negocio me ha mouido a hazer esto.*

Vel conduplicatum, & ter repetitum, sermone dat gratiam in enumeratione rei alicuius, siue copulet, siue copulet, siue disjungat. Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas. Plautus, vt te vel tu, vel tua vxor, vel etiam in oculos cõpingite. Sic hoc loco, Vel tu, vel quod verum est, vel quod ipsi cupio Glycerio. Enumerat tres causas aut rationes, quibus inductum & admonitum se esse asserit, vt Simonem conueniat, & Chremeti rem omnem de filia sua aperiat.

Cupere cum datiuo, venustum est, pro optare alicui bene esse. vt Hoc tibi cupio, & Bene tibi cupio: hoc est, Opto tibi felicitatem, salutem, bene esse. Cum accusatiuo autem, nullo præterea alio verbo adiecto, idem est quod cogito, & (quod vulgò dicitur) desidero ire, vel deliberavi proficisci, vel me conferre: vt In crastinum Romam cupio, vel Romam cogito. Eius rei plurima exempla in Ciceronis epistolis passim videbis.

Saluus sis, & Sis saluus, idem sunt. Sic enim
varian

variantur hæ dictiones, eundemq; sensum obtinent: sed secundum constructionis rationem habent nescio quid ornatus: quo loco dicimus, *Dios te garde*. Atq; hoc quidē de persona præsentī, ad præsentem refertur: cū autem ad absentem, est id quod vulgò dicimus, *Encomendár. vt, Dionysium velim saluere iubeas, & Meo nomine velim saluere iubeas*: hoc est, salutes, & plurimam salutem illi dicas meo nomine, *Encomienda me lo mucho*. Iubeo te saluere & valere in præsentī, idipsum est quod Itali dicunt, *Me recōmendo*, tam pro salutatione, quàm aliter. Auere autem, non est vsque adeò frequens: dici tamen potest ex Martiale, *Iã satis est, non vis Afer auere, vale*. Dictum etiam est à Tranquillo, coruum salutasse Cæsarem his verbis, *Aue Cæsar*.

Insolens, & insolitum significat, & arrogantem: insolitum, vt Verbum insolēs, quo non ita frequenter vtuntur Latini auctores, & inauditum dicitur. Vndè insolentia sermonis, apud Liulum: & insolentia disputationis, apud Ciceronem. Arrogantem autem, vt natura insolens ac superba, Ciceroni: sic etiam Insolens & loquax eidem, & Insolens hostis, atque Insolens ostentatio. Vndè Insolēter, aduerbium, arroganter & superbè.

Hanc

Hanc autem locutionem Terentianam repetit Cicero ad Atticum per iocum, *Quid tu Athenas insolens!*

Euēnit, absolutè, decorum habet, pro Res ita accidit, Ita factum est, quod vulgò dici solet, *Aconteficio ansi la cosa*. Veluti si tu amicum aut consodalē perconteris, Quod fatum huc te aduexit: respondere poterit, *Euēnit*. Ad eandē formam, si quempiam interrogas cū admiratione, Quis verò te impulit, vt hoc tam imprudenter faceres: tum ille respondit debite eleganter, *Quid facerem? euēnit*. *Que auia yo de hazer? aconteficio ansi la cosa*. Ita cōtigit. Cicero dixit, *Euēnit vt moretetur ille, Aconteficio ansi que muriesse*. Sic, Res euēnit ex sententiā, vel aliter quàm sperabam, & præter sententiā & spem.

Tūne hoc facis? Tūne impunè hoc facias? comicū, quod alioqui dici potest, *An tu hoc facis? Nonne, vel nunquid hoc agis? An non te esse authorem huius rei prædicant?* Alio loco dixit Terentius, *Tūne hoc facis, an nō?* interrogationi vehementiam indicanti proprium. Quemadmodū *Itāne, Hóccine, Hiccine*, & huiusmodi: eam enim vim habet [Ne] particula postposita hisce dictionibus.

Paratus venit ex aliquo loco, qui promptus, expeditus, & præparatus, ac meditatus

Rr

illuc

illuc accedit, quod vulgò dici solet, *Aparejado proueydo todo a proposito*. Vnde Ciceroni dicitur Verres venisse in Siciliam, paratus, meditati usque ad predam: & Nos quidem ad dicendum meditati paratique venimus: hoc est, cum apparatu & excogitata prius oratione ac praemeditata. Inde Parati testes, quos subornatos vulgò dicimus: & Paratè, aduerbiù, hoc est, promptè atque expeditè: vt paratissime respondere ac dimicare: & Paratè venire ad dicendum: hoc est, cum apparatu & praemeditatione, Plautus dixit, Tènet mores illius meditatè, hoc est, ad vnguem.

Imperitus iuuenis aut puer, est quem vulgò dicimus Simplicem, Callidòque contrarius est. *Sin esperiècia, el que no piensa en mal, que no se teme de nada*. Callidum imperitus non fraudat, ait Cicero. *Vn simple no engaña a un cautelofo*. Nō sum adeò imperitus, vt quid fraus valeat nesciam, *No soy tan simple que no sepa etc*. Sic hoc loco Imperitus rerum dicitur, *El que no sabe nada de las cosas ni de los negocios*. Ego (inquit Plautus) venio ad vos imperitus rerum & morum muliebrum.

Illicere & Illectare, idem quod alliciendo adducere, & blandiendo attrahere, quod & laetare dicitur. Amor multos illexit in dispendium, hoc est, impulit, attraxit. Coniugem illexit

illexit in stuprum, ait quidam. Sic hoc loco, Illicere in fraudem, *Atraher*. Similitudo illicit ad amicitiam, ait Cicero.

Conglutinare, verbum elegans, pro Coniungere, & glutino quodam efficere, vt duæ res inuicè coalescant: est enim Glutinū, quod appellamus, *Cola*. Alij gluten vocant, Græci collam. Caue autem bitumen pro colla accipias, vt vulgò à barbaris solet, Est enim bitumen, cretæ sulphuracæ species, quæ per æstatem vehementissime accenditur. Vnde lacus quidam bituminosus dictus, cui subit huiusmodi solum cretaceum, quo ipse lacus humor accendatur, ignumque nescio quid per gustu & etiam tactu præ se ferat. Itaque Conglutinare, est glutino quodam coniungere, tamque trāslatitiè, quàm propriè sumitur. cui dissoluere contrarium est. Si utilitas (inquit Cicero) amicitias congrutinet, eadè commutata dissolueret. Eo pacto dixit idè, *Volutates congrutinas, hoc est, unitas & concordias, non dissidentes inter se: & Conglutinare amicitias testimonijs: ita etiam Conglutinaram concordiam*. Verborū quoque congrutinationem, appellat de oratore, cum ita coniuncta sunt verba, vt discatenata audisoluta non appareant inter se, quod vitium est in oratione maximè reprehendendum.

Rr ij Sub

Substat alicui, qui cedit & victus est, tractum à pugilibus aut luctatoribus, qui in terrâ projecti ac prostrati, victoribus suis substant. Eo pacto, qui verbis aut argumentis aliorum cedunt, neque quicquam amplius respondere possunt, seu conuicti substatre dicuntur, quasi succubere, quod & Subsistere dici potest, sed non æquè propriè, *Quedarfe alli y no poder passar adelãte. Metuo vt substat ho spes, Yo tengo miedo, que este estrangero no se quede alli, o pierda su causa.* Arbitrari minus est quàm Iudicare, estque apud se existimare, quod vulgus dicit, *Pensar en si mesmo.* Si hunc nō ris, nō ita arbitrè, *Si tu le conociesses biẽ, no pensarias esto del.* hoc est, Non eam apud te de illo conciperes opinionem, tractum ab arbitris qui iudicant ex his quæ vident, nulla alia ratione adhibita. Vndè Iudicare maius est, quàm Arbitrari: quod iudicare dicatur qui ratione decernant & statuunt. Iudiciũ quoque ab Arbitrio hoc differt, quod Arbitrium, opinionem & censuram tantum significet, nulla rationis indagacione collectam. Iudicium autem sit, id quod multis rationibus vndique discussis comprehendatur, colligatur, aut proferat. Ego te arbitrari quod res est velim, *Yo querria q̄ tu pensasses lo que es uerdad.* Suscipiã partes, quas alienas esse arbitrabar, *Inquit*

Inquit Cicero. Itaque Arbitrari, incertum quiddam significat.

Vir bonus (vt iã superioribus scholijs dictum est) in honestum sumitur: Bonus autè vir, sapius in contemptũ. Cũ de viro bono loquitur Cic. in Officijs, prudentè & sapientè intelligit. Vir bonus & sapiens (ait Horat.) reperit quod nuper omisit: cõfunditur tamè vt plurimũ hæc locutio, vt vides hoc loco.

Attemperatè aliquid facit, aut aliquò accedit, qui loquitur ad tẽpus, vel in tẽpore, & opportunè: hoc est, promptus & paratus, vel promptè, & paratè, vt decet, *A tẽpo y proposito.* Nã temperati est, omnia modestè, cũ ordine & mensura, atq; in tẽpore facere. vndè Temperatè aduerbiũ, & Attemperatè cõpositum. Itane attẽperatè huc venisti, vt hæc diceret? *Asi eres tu uenido en el mesmo tiempo, para dezir estas cosas?* Verò vel Autè, cũ interrogacione posita, [ne] vel [an] significant. Est verò huic credendũ Chreme! pro An est huic credendum! vel Estne igitur huic credendum! vel Est autem huic credendum! Sic apud Plautũ, An verò verbero! Tu vrbani verò scurræ, deliciæ populi, tu mihi reus obiectas! & paulò post in hac eadè scena Terentius, Itane verò! pro, Anne ita faciendum est!

Mouere aliquid pro Moliri, venustum est.

Rr ij

Magnæ

Magnæ res mouentur (inquit Cicero) nam Pompeius intelligit, insidias vitæ suæ fieri. Tractum ab ijs, qui dum aliquid efficiunt, sollicitant, quærunt, aut curant, tum mouet omnia ac reuoluunt: vnde prouerbiũ, Omnẽ mouere lapidẽ, pro omnia attentare & perquirere, vt aliquid efficiamus. Omnes terras, omniaq; maria mouere, dixit Cic. & Virgil. Flectere superos, & Acheronta mouere, *Mouer los dioses y los diablos.* Prius se æstas circumegit, q̃ mouere ac moliri quicquam res posset. *Antes que pudieffe nada mouer.* Vnde Bellum mouere. *Excitar la guerra.* Sic hoc loco, Ego istæc moueo aut curo: *Pienfas que yo mucuo esto, o que me doy mucho por ello?*

Iam hoc sciri potest, *Ya se podra saber.* hoc est, Nunc scies, vbi rē audieris, vel statim ego curabo vt intelligas. Propria & Latina locutio, cum te purgabis apud aliquẽ de re, quam dixisse falsam te accuset, quo loco Barbari dicunt, Ego bene ostendam tibi statim, Tu bene videbis modò, si ego dixi veritatem. Ego bene faciam tibi videre contrarium, si quod ego dixi verũ est, aut non. Latinius est, Ego quæ dixi vera, an falsa audieris, iam sciri potest. Ego quæ dixi, vera sint necne, mox audies, Verum sit, necne, quod dixi, faciam vt intelligas, vel dabo operam vt scias.

Applicare

Applicare se ad aliquem, & Appellere se aliquo, dixit Terentius, pro eo quod vulgò profertur, *Allegar se a alguno, o retraerse en algun lugar.* Proprium nauium, quæ ad portũ applicant aut appellunt: ita enim dixit Virgilius, Nostris Deus appulit oris. & ingētibus applicat oris. Sic Applicare naues ad terræ & Applicare naues terræ, & in Erythran dixit Liuius. Cæterum, qua forma dixit hic Terentius, Haud auspicato huc me appuli, & egens applicat se ad patrẽ Chrysidis: eadem forma dixit Cicero, Ad hominis egenis familiaritatem se applicauit: hoc est, adiunxit. & Omnes vires ciuitatis se ad Pompeij dictum applicauerunt.

Egens pro paupere, & omni ope atq; auxilio, bonisq; fortunæ destituto, rectius & elegantius ponitur absolute, q̃ Egenus. Nã Egenus vix apud Oratores reperitur. Egentes inanesq; discesserunt, ait Cicero. Egens relicta est misera, in Phormione.

Obturbare, interpellare est, hoc est, verbis impedire sermonem alicuius. Non obturbauit Philippus: nam vt heri me salutauit, statim Romam profectus est. cui Lenire contrarium est. Me literæ & scriptio tua nõ leniunt (ait Cicero) sed obturbat. Obtudere autem, est sæpius idipsum inculcando fasti-

Re iij dium

diū adferre, veluti iam superioribus scho-
lijs dictum est. Disturbare, non æquè fre-
quens est, atque Obrurbare: propriè autem
significat turbando & evertendo, omnia de-
struere, potissimùmq; ad ædificia pertinet,
quemadmodū & diruere: vt Disturbare do-
mos, tecta: & Disturbata porticus, hoc est
effracta, atque diruta: tamen interdum ob-
turbare significat, vt Meus aduentus distur-
batur conuiuium: & tollere, vt Disturbare
legem aliquam aut iudicium, quod præ-
cipuè ad impetum, & nescio quid simile,
quàm ad verba spectare videtur. Deturbare
etiam dicitur, sed rariuscule, proprièque et-
iam ad ædificia pertinet, vt Deturbat ven-
tus tectū: tamen Deturbare de mente & spe
dixit Cicero.

Recipere aliquem, nullo addito, est in do-
mum suam, vel hospitium excipere, quod
vel de exule, vel de egeno dici potest, *Recebit
aliquo*. Is mihi cognatus fuit, qui eum rece-
pit, *Yo tenia un primo que le recibio*. Cū addito au-
tem, maiorē habet venustatem, pro admit-
tere, veluti si dicas, Recipere aliquem tecto,
mensa, *Recebit a su mesa*. Sic, Recipere ciuita-
te. Item Recipere in nauem, in sedem, in ci-
bum, in amicitia, & in familiaritate: quarum
locutionum exempla passim reperias apud
Cicero

Ciceronem, & alios.

Audiui ex illo, multo ornatius est, quàm
si dicas, Ipse dixit mihi. Audiui ex illo mil-
lies. *Yo lo oy del, o el me lo dixo mas de mil uezes*.
Ita sæpe auditū est ex homine clarissimo, &
eloquentissimo Crasso. Audiuit rem omnem
ex Timarchide. in eam formam exemplum
quoddam hoc fuerit, Estne verum quod ais?
Verissimū. Qui scis? Audiui modo ex illo
sefe id facturum. hoc est, intellexi, accepi: vel
Is mihi nunc retulit, aut narrauit.

Arrigere, dictio est ad ea animalia potissi-
mū pertinens, quæ vel iubas, vel aures mo-
biles habent, atque interdum iram, interdum
attentionem significat. Iram, vt in leonibus,
Comasque arrexerit, inquit Virgilius. At-
tentionem, vt Arrectisq; auribus adstāt, quod
siue de animalibus, siue de hominibus per
translationem sit dictum, attentionem si-
gnificat, ex pecudū more. Ad animum etiam
transfertur, pro aduertere & intendere ani-
mum, aut promptum esse ad aliquid facien-
dū: vt Arrecti ad bellandū animi, apud Liviū:
& Vetus certamen animos eorum arrexerat,
apud Sallustium. Cæterū, est verbum ob-
scœnum, & ad pudenda pertinens. Quo mo-
do autem dixit Terentius, Arrige aures Pam-
phile: eo pacto etiam dixit Plautus, Suo
mihi

mihî hic fermone arrexît aures.

Nouî hominẽ, vel noram, aut noueram hominẽ, & homo mihî de facie, & planẽ notus est, conuertuntur: atque hæ locutiones propriæ sunt, cum nos aliquẽ nouisse per responsonem indicamus. Tritum & barbarum vulgus, aut ego bene cognoui illum. Tu verò rectius dicas, Is mihî notus est: &, Noui, aut noueram hominẽ: &, Satis est mihî notus.

Persequi, & in malum & in bonum dicimus, aliquẽ, vt pro insectari & infestare, item etiam pro sequi aliquẽ cum diligentia sumatur. In malum, vt persequi aliquẽ bello: & Terra & mari hostem persequi. In bonũ, vt Persequi imperiũ patris, pro obseruare: & Seruare ac persequi instituta, pro obedire: & hoc loco Persequi aliquẽ in Asiam, pro sequi diligenter, veluti paulò antè, Persequi hæreditatem,

Apud se est, qui domi suæ habitat, non foris: Extra se est, qui alio quàm apud se versatur, aut in proprijs ædibus non est. Metaphoricè apud se esse dicitur, qui secum habitat, qui constat animo, cuius animus vel metu, vel gaudio non est abalienatus, qui sibi constat, qui quid agat facillè nouit, & sui aut mentis est compos. *Fac apud te vt sis,*
cura

cura vt cõstes animo. *Que estes en tu seso. y juicio.* Præ iracũdia Menedeme, non sum apud me. Sic hoc loco, Vix sum apud me, ita animus commotus est metu. *A penas estoy en mi.*

Nunc primum, Nunc tantum, Nunc solummodo, & Tantum nunc, *Agora solamente, o primeramente.* quasi nunc primum recipias te domum ex hostibus, *Como si solamente en esta hora, &c.* Nunc iam, pro eodem sumitur. Nunc iam sum expeditus.

Mirandum, pro te admiratione digna, per elegans est. vt Miranda facta, apud Plautum. *Hechos maravillosos.* & Mirandum bonũ, hoc loco. Mirandum in modum lætari & gaudere, dixit Cicero, aduerbiali forma. *Maravillosamente, a maravilla.* Mirandum in modum delectatur rebus nostris: & mirandum in modum est animo abalienato.

Repentina bona vel mala dicuntur, quæ nobis ex improuiso, aut ex insperato & subito accedunt, vt Bellum repentinum, editum repentinum. Sic hoc loco, bonum mirandum & repentinum.

Scrupus & Scrupulus quid sit, omnes ferre norunt. est enim arenula admodum minuta, quæque vix percipi possit, calceo in hærens, aut extremæ caligæ, quæ plantã, aut aliam pedis partem torquet, dũ incedimus,
quam

quam haud facile sine alterius auxilio, aut magna disquisitione reperire possumus: factum inde, ut quia scrupulus pedem torquens, totum etiam corpus angit, & animū in discrimen ac dubium reuocat: eadem ratione pro difficili atque dubia re sumatur, quam mens nostra varijs modis angitur, quam difficillimè soluere possumus sine alterius auxilio. Undè eximere aliquem scrupulo dicimus, & iniicere alicui scrupulum: nostrum vulgus dicit eleganti prouerbio, Pulicem in aurem conijcere, vel Pulicem in aure gestare, & ab aure pulicem eximere: quòd pulex auri immisus, aut aurem ingressus, scrupulus vice torqueat animum, & dubium faciat atque anxium, *Tener la pulga en la oreja.*

Male habet me hæc res, comica locutio, potius quam oratoria. nam Male habere, quemadmodum & Bene habere negotium dictum, cum male vel optimè procedit. eo pacto etiam Male habere, & Bene habere dicimur, cum prospera & aduersa sumus ualitudine. At Male habet me hæc res: hoc est, me torquet, facit ut male habeā, ut male sit mihi. Ea res me male habet, & Hoc male habet uirum, *A quello le atormenta, o le da pena.*

Nodum in scirpo quæris, prouerbiū satis ab Erasmo interpretatum, & ab Ennio, Plauto

Plauto ac Terentio adductum in eos, qui, ubi non est dubitandum, tum quidem timement, ac vacillant, aut titubant animo, aut religione quadam scrupulum mouent. Est autem Scirpus, iuncus palustris admodum læuis, & nullo nodo præditus, quo canistrum, calathi, & huiusmodi cætera antiquis, & nobis quoque fiunt. Huiusmodi prouerbialis locutio, nescio quid habet simile nostro vulgo, cum ait, aliquem in plano casum timere, aut in sereno procellas. Nonnulli in eos qui supersticiosa quadam religione ambigunt, ubi non est ambigendum, dicunt huiusmodi curiosos in agno quinque pedes disquirere, *Buscar cinco pies, a un carnero, o gato, que no tiene sino quatro.*

Conuenire, si proprio vocabulo nostro reddere uoles, cum absolute ponitur, dicere poteris, *Concertar o concordar.* ut, Conueniunt mores alicuius cum nostris, & conuenit nomen, hoc loco. item Conueniunt uerba, tempus, locus, & huiusmodi. Sic, optimè mihi tecum conuenit, *Nosotros conuenimos bien juntos, o concertamos en uno.* Ludus conuenit ætati, & Aetas ludo conuenit.

Gaudeo hoc, vel id, pro ob hoc, vel ob id, uenustum est, *Yo me gozo por esto.* Si quoque dicas, Gaudeo factum, Gaudeo uenisse, & uentum, dixit Plautus: hoc est, quod uenerit. Eum esse natum, & nos gaudebimus, & hæc ciuitas

ciuitas dum erit lætabitur. Sunt tamen, qui inter Lætari & Gaudere hoc discriminis constituant, vt dicant, malus quiddam esse lætari quàm gaudere, exemplo Ciceronis, qui in quæstionibus Tusculanis ait, Confidere decet, timere non decet: sic etiam gaudere decet, lætari nõ decet. Itaq; aiunt Lætari, esse palã: Gaudere auté, apud se: cui differentię nolim magnam fidem adhibuisse.

Ita me di ament, aut bene amēt, Ita me Deus amet, Ita me seruet Deus, Ita me seruet & amet Iuppiter, comicę sunt admirationes, cū quidpiã affirmant, & sanctè deierant ita se habere, *Ansi dios me ayude*. Cicero dixit, Ita mihi deos omnes propicios esse velim.

Reducimus in gratiã eū, qui ab amore aut familiaritate alicuius fuerat abalienatus, qđ vulgus ait, *Tornar a poner alguno en gracia o amistad de otro*. qua forma etiã, *Redit in gratiã is*, qui post amorē abalienatū, rursus fit amicus, *Tornar en gracia, y a la amistad, quitado el enojo del otro*. Cur igitē (inquit Cic.) expectē hominē aliquē, qui me cū illo in gratiã reducat? Sic etiã Reducere in memoriã. Redire in gratiã. Cicero, In gratiam cum voluptate redeamus. & Redite quæso in memoriã Iudices, &c.

Lepidus, à quo Lepidè aduerbium: & Venustus, à quo venustè, eadē ferè vim habēt in dicendo

dicendo: nam vtrumque significat gratiosum. Est autem gratiosus (inquit Gellius) qui adhibet gratias, & qui admittit. Vndè honestum & gratiosum hominem, & gratiosum esse apud omnes ordines dixit Cicero, hoc est, gratijs plenum, & qui gratiam in se it apud omnes. *Tener la gracia de cada uno, y ser agradable a todos*. Est enim gratia, quædam dicendi aut obsequendi venustas, quæ hominem omnibus reddit acceptum & gratū. Sic etiam quia lepor, est voluptatis cuiusdam amœnitas, quæ ex alicuius verbis aut officio percipitur: eo fit, vt Lepidi dicantur, qui lepōris habent plurimum, vel ipso vultu, vel actu, vel etiã dictis, aut obsequio. Vndè Lepidam formam, famam, causam, cautionem dixit Plautus: ita etiam lepidos mores, lepidum vnguentum, & rem lepidam, quam Itali vulgò (atque adeo ex bonis autoribus quidam) politam voluerunt dicere: hoc est, ornatam & decoram: quia quæ polita sunt, ea multo magis ornata esse videntur. Quapropter tractum esse Lepidum quidam putant à laminis admodum perpolititis, quas Greci lepidas vocant. Vndè, quem admodum dixit Cicero, Politum hominem omnibus virtutibus atque artibus, & elegantiam atque humanitatem politiorē, politas etiam

etiam artes : ita & nos lepidas dicere poterimus. Nam Lepidus comicum est: Politus, ornatus, comptus, decòrus, oratoria sunt magis. atq; hinc, Politè, ornate, comptè, decorè, quemadmodum & lepidè. At venustus, à vere deducitur, qua ratione venus, ornatum & lepòrem significat. vt, Isocrates omnes dicendi veneres sequutus est : & Aliquid cum gratia & vere dicere, apud Quintilianum. Ob id igitur factum, vt venusta dicantur, quæ leporibus & gratijs referta sunt. vnè de Venustum vultum dixit paulò ante noster Comicus, pro ingenuo atque elegantè: & Venustū corporis motum ac gestū Cicero protulit, pro decòro atq; ornato & còposito.

Nihil mutat de sententia, pro Non mutat sententiam, eleganter dicitur. Sic hoc loco, Nihil mutat de vxore. quemadmodum Lilius, Neq; tū Tarquinius de equitum centurijs quicquam mutauit, *No mudo nada.*

Scilicet, absolutè, ironicum est, interdum cum risu quodam : nam secus, affirmaret. Cum autem irrisorium est, affirmando negat cum quodam ioco. vt, Hoc fecisti? Scilicet. hoc est, scilicet facere debui: sed tamen ne credideris me id fecisse. Sic dixit Cicero, Crederet scilicet, & Faceret scilicet: & Scilicet expectemus legitimum illud quinquenni-

quennium, *Aofadas raxon es. sed hæc particula fustus explicata est in superioribus.*

Talentum, hoc loco Atticum intelligi debet, quod sex millia nostrorum aureorum valuit. Itaque dos, quam filia suæ Pasibulæ pollicetur Chremes, nostro pretio æquabit sex millia aureorum, nempe decem talenta. Alias talentorum species colligito ex Budaëi vigilijs plane diuinis.

Accipere dotem dicitur sponsus, quem admodum & Accipere conditionem, quod vulgò Acceptare dicimus, *Acceptar.* cui verbo respondet aliud, *Offerre, vel ferre, vel ponere cõditionem, Presentar o ofrescer.* quæ conditio dum placet, tum eam dicimur accipere. Quæ conditio non accipienda potius fuit, quàm relinquenda patria!

Transferre se aliquid, & Trãfferri aliquid, est quod vulgò dicimus, *Trãsmudarse y pasarse de una parte a otra.* Cur non illam huc transferri iubes? *Porque no mandas que sea aqui trãsmudada, o traida?* Cum primum diluxerit, ego me ad vos transferam. Si nolit apud te manere, iube illum ad nos transferri. Maiorem quam vim habet, quàm conferre. Itaque Transferre se ad ea loca, de quibus controuersia est, facile respondebit ei locutioni, quã vulgus nostrū iudiciale ait, *Trãsmudarse*

Sf

a los

a los lugares.

Rectè admones, Rectè iudicas, Optimè censes, elegantiora sunt, quàm id quod trito atque eodem corrupto sermone dicitur, Tu bene dicis, quoties alicuì assentimur de consilio dato, aut re ita facienda, quemadmodùm consulit. Rectè autumas, *verdad dizes, bien piensas.* hoc etiam est quod corruptè dicitur, Tu habes bonam opinionem.

Id negotij tibi dabo, pro Id, vel hoc negotium, satis elegans. Quæ loquendi formula Terentio magis peculiaris est, quàm in nominatiuo. Sic Cic. Non habui, cui potius id negotij darem, quàm tibi. sed hæc locutio iam satis explicata est in superioribus, *Dar el cargo alguno de alguna cosa.*

Age fiat, permittentis aut concedentis & consentientis formula, multo elegantior, quàm ea, quam corruptè ac vitiosè quidam proferunt, Bene, ego sum contentus: Facias, ego bene volo, *Ea pues, que soy contento.* Sic etiam, Age dic, & Age age vt lubet, *Bien bien, sea como mandares.* Age verò, *Ea pues en hora buena.* quoties sermone priori concesso aut absoluto, alium aggredimur.

Intrò & Intus sic variant: Dicimus enim eo intrò, non intus, *Yo me voy alla dentro.* &, Est intus, non autem est intrò, *El está dentro.*

ACTVS

ACTVS V: SCENA V.

ARG. Hæc scena alterum generum Chremeti comparat, ne aut Charinus tristis recedat, aut non prouisum Philumenæ videatur. Itaque exit Charinus, vt quæ acta sunt à Pamphilo, sciat: subtriciturque Dauum iam reuinctum esse precibus Pamphili.

CHARINVS, PAMPHILVS.

Prouiso quid agat Pamphilus: atq; eorum. P. aliqua forsân me putet
Non putare hoc uerum: at mihi nunc sic esse hoc uerum lubet.

Ego uitam deorum propterea sempiternam esse arbitror,
Quòd uoluptates eorum propriæ sunt: nam mihi immortalitas

Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.
Sed quem ego potissimùm exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?

C. Quid illud gaudi est? P. Dauum uideo, nemo est quem malle omnium.
Nam hunc scio mea solidè solum gauisurum gaudia.

CONSTRUCTIO.

[Ego Charinus] prouiso) vel prouideo
vel procedo vt videam,

Quid Pamphilus) Simonis filius
Agat) quid egerit ab eo tempore quo à
me relictus est,

Atque) &, vel sed

Sf ij

Eccum

Eccum) ecce illum Pamphilum. Yo me hoy
a uer que es lo que haze Pamphilo . mas ueys lo aqui?

For san) Fortassis

Aliquis putet) putare aut existimare pos-
terit Me) Pamphilum

Non putare) non existimare

Hoc) [quod dixit Chremes , se daturum
mihi decem talenta in dotem, esse]

Verum) reuera mihi ab eo promissum.

At) sed, verum

Lubet) iucundum est, placet

Mihi) Pamphilo

Nunc) [existimare]

Hoc) [promissum]

Sic esse verum) ita se habere ex veritate,
verum esse. Poruentura alguno pensara que yo no pien-
so aquello ser uerdad. mas quanto a mi agora me plaze
bien de creer que esto es uerdad. [quapropter]

Ego) Pamphilus

Arbitror) existimo, iudico apud me

Vita) deorum esse sempiterna) immortalē,

Propterea quod voluptates) deliciae

Eorum) deorum

Sunt propriae) perpetuae, immortales, per-
petuo durabiles, nullum habentes dolorem
intermissum aut interclusum. Yo pienso la
uida de los dioses ser immortal, porque sus plazeres, y
deleytes son perpetuos. Epicurea sententia ex

Menan

Menandro ad verbum translata.

Nam) etenim

Immortalitas parta est mihi) Pamphilo;
ego puto nunc me acquisiuisse immortalita-
tem [ex hac voluptate quam concepi de agni-
ta Glycerto filia Chremetis]

Si) [modo]

Nulla ægritudo) [animi] nullus dolor,
nulla anxietas

Intercesserit) eueniat, superueniat

Huius gaudii) [meo] Porque quanto a mi yo he
alcançado immortalidad , con tanto que no sobreuenga
alguna molestia a este mi gozo.

Sed) Verum

Quem) [amicorum]

Ego) Pamphilus

Potissimum) inter omnes amicos

Exoptem) optare potero aut desiderare

Dari) obuiam venire

Mihi) Pamphilo,

Cui) amico [ego]

Narrem) recen-

seam, referre possim ad verbum

Hæc) [quæ acta sunt à Chremete & Crito-
ne] Mas quien desearia yo agora hallar, a quien re-
contasse estas cosas?

Quid est illud gaudij? quodnam hoc gau-
dium esse potest [quod Pamphilo accidit, ob
quod ipsum adeo lætum video:] Que gozo es
este: [ego Pamphilus]

Si ij

Video

Video Dauum) seruum meum.

Nemo omnium) [amicorum] nullus inter omnes amicos

Est) inueniri potest,

Quem) ego Pamphilus

Mallet) [potissimum mihi dari, aut obuiam venire, quam hunc Dauum] Yo ueo a Dauo. no ay ninguno que yo quisiese mas encontrar.

Exultans gaudio Pamphilus, quærit vnde cumq; amicum, cui rem suam detegat.

Nam) Etenim [ego Pamphilus]

Scio hunc) [Dauum]

Solum) [inter omnes]

Gaufurum solidè mea gaudia) perfectum, non fictum gaudium contracturum ob meas fortunas, ob meam lætitiã, Porque yo se bien, que el solo entre todos, tomara mucho y enteramente plazer de mi gozo.

SCHOLIA.

Prouifere, verbum comicum, pro diligenter videre, aut procedere ad videndum cum omni diligentia, *Yr a mirar, y uer con diligencia.* Nam Visere, est diligenter curare, vt aliquid videamus: vt Viso redieritne iam, an nondum, domum. Ibo vt visam si dormi est. Viso ecquid eum compulerit. Itaq; quemadmodum Inuiso significatiõne auget, atque

atque etiam Reuiso: sic hoc loco Prouiso. Huc prouiso, vt vbi tempus fiet, deducam, *Yo uoy a uer, y poner en ello guarda.* Prouise diligenter quid agat puer, *Mira bien que es lo que haga.* Vnde prouisio & cautio, pro ipso prouidenti actu. Multum potest prouisio anni, & præparatio ad minuendum dolorem. Horum incommodorum vna ratio est, atq; vna prouisio, vt &c. *No ay sino una manera para proueer, y es que, &c.*

Repetitio eiusdem verbi in oratione non insuauis, modo ne verbum paulo magis sit asperum, atque id quidem iucunditatem indicet, quemadmodum hoc loco data opera fecit Terentius, Aliquis forsã me putet, non putare hoc verum: quomodo dixit scena superiore, Omnes nos gaudere hoc Chreme, te credo credere. Ita me di ament credo. sic in fine huius scenar, Hunc scio mea solidè solum gaufurum gaudia. Sed hæc repetitio ab oratoribus alia forma, aliã loquendi ratione fieri solet. Interdum Terentius affinitatem & consonantiam quandam vocabulorum effingit admodum ornatè, vt Dìboni, boni quid porto. & Pisciculos in cœnam feni. qui loquendi modus poetis & comicis tantum est peculiaris.

Voluptas, Aegritudini cõtraria: quæ voca
Sc iij bula

bula ad se inuicem referuntur: conuertuntur autem nostro vulgo, *plazer, y desplazer*. Vnde Epicurei summum bonum in voluptate constituisse dicuntur: hoc est, in lætitia & gaudio, vt alacriter & sine mœrore perpetuo viuere ueremus. quod dictum hac sententia Terentiana comprehenditur, sempiternam esse deorum vitam, propterea quod eorum voluptates sunt propriæ, quibus nulla intercedit ægrotudo. Atqui, voluptatem esse malorum escam, dixit Plato. Nam qui uiuit in voluptate, mille malis obnoxius est. Fortitudinem autem in ærumnis perpetiendis, & malis constantissimè ferendis consistere aiebant Platonici. Est certè voluptas, ea delectatio, quam in re aliqua facienda, aut audienda percipimus, *El plazer que se toma en hazer alguna cosa, o en oyrla*. Est, inquit Cicero, sitienti voluptas in bibendo. Sic Cum voluptate aliquid legere aut dicere. hoc est, cum oblectatione: cui Gaudium est comes, contrarium autem Aegrotudo.

Pàrere sibi immortalitatem, re bene gesta, & Pàrere sibi salutem atq; exitum, & Pàrere sibi fructum labore, dixerunt authores, *Alcançar ganancia por trabajo*. & Peperit sibi laudem, aut famam maximam ex illa oratione, *Alcanço fama y loor*. Ne tibi ægrotudinem

dinem pater pàrere, parsi sedulo, ait Plautus.

Intercedere, vulgus nostrum effert, *Sobreuenir o entreponer se*. vt hoc loco, Intercessit egritudo huic gaudio, *Entrepuose un desplazer a este gozo*. Sæpe in bello, paruis momentis magni casus intercedunt, ait Cæsar. hoc est interueniunt. nam vtrunq; verbum, casum & superuentum quendam significat eius rei, quæ bene ccepto negotio aliquo, siue sinistrè, siue sceliciter accidit. Alterum verbum à casu, alterum ab euentu deductum.

Exoptare, vehementer optare est: eã enim habet vim ipsa compositio. *Desear mucho*. Quæ maiori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant, ait Cic. Exopta, inquit Plautus, id quod vis maxime tibi euenire. vnde Exoptatus aduersus, & Exoptata gratulatio.

Nemo omnium: hoc est, Nullus inter omnes homines. Nemo est omnium quem mallem, *No ay hombre que yo mas quisiese*. hoc est, inter omnes is mihi placet magis. Eunuchus, Nemo est quem ego magis nunc cupere videre, quàm te, *No ay hombre que yo mas quisiese agora uer que a ti*. Nam nemo, nullum hominem significat ipsa propria dictione. quapropter, Nemo omnium, nullam omnium hominum significat. Sunt qui addant [hominum] loco [omnium.] Nemo est hominum qui uiuat minus

minus formidolosè, No ay hòbre de quantos uiuen menos temeroso. dicunt alij, Nemo homo. Arbi tror neminem esse hominem, qui ignoret quanti frater tuus me faciat, ait Cicero. Yo pienso que no ay quien no sepa bien, &c.

ACTVS V. SCENA VI.

AR G. Dauus reuinctus quærit vbinā sit Pamphilus: eo inuento, uterq; de fortunis suis recenset. Superuenit Charinus. Audit Pāphilum ducturū quam amārat Glycerium. Id gaudet scilicet, & ad Philumenæ nuptias accingitur.

DAVVS, PAMPHILVS,
Charinus.

P Pamphilus ubinam hic est? P. Dauc. D. quisnā homo est? P. ego sum. D. ô Pamphile.

P. Nescis quid mihi obtigerit. D. certe: sed quid mihi obtigerit, scio.

P. Et quidem ego. D. more hominum euēnit, ut quod sim nactus mali,

Prius rescisceres tu, quàm ego, quod tibi euēnit boni.

P. Mea Glycerium suos parentes reperit. D. ô factum bene. C. hem.

P. Pater amicus summus nobis. D. quis? P. Chremes. D. nar ras probè.

P. Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam. C. num ille somniat!

Ea quæ uigilans uoluit? P. tum de puero Daue? D. ah, desine:

Solus est, quem diligunt di. C. saluus sum, si hæc uera sunt.

Colloquay

Colloquay. P. quis homo est? Charine, in tempore ipso mihi aduenis.

C. Bene factum. P. hem, audisti? C. omnia: age, me in tuis secundis rebus respice.

Tuus est nunc Chremes: facturum quæ uoles, scio esse omnia.

P. Memini: atque adèò longum est nos illum expectare, dum exeat.

Sequere hæc me intus: apud Glycerium est nunc. tu Dauus abi domum:

Propera, accerse, hinc qui auferant eam. quid stas? quid cessas? D. eo.

Ne expectetis, dum exeant huc: intus despondebitur.

Intus transigetur, si quid est quod restet. Plaudite.

Calliopius recensuit.

CONSTRUCTIO.

Vbinam est hic) meus

Pamphilus) herus: Adonde esta mi amo Pamphilo. Exit quasi subito reuinctus, quasi etiā sibi dictum sit, ut ad Pamphilum herum suum accedat.

[O] Daue) o Dauo.

Quisnam homo est) [qui me accersit:] Quien es aquel hombre que me llama. [ô Daue,] ac si audierit tantum, & non uiderit.

Ego sum) [herus tuus Pāphilus,] Yo soy.

O Pamphile) here, O Pamphilo. Gaudentis mirum in modum. [Daue tu adhuc]

Nescis)

Nescis)ignoras Quid)[bont]

Obtigerit)euenerit,acciderit

Mihi)Pāphilo, *No sabes lo que me ha acaescido.*

Anxiorum est, & ab anxietate liberorū, statim primo amicorum congressu narrare fortunas suas. [ô here]

Certè)profectò [ego Dauus nescio quid tibi acciderit.]

Sed)verùm[ego quidem]

Scio)noui, teneo Quid)[mali]

Obtigerit)acciderit

Mihi) Dauo. *Cierto es, mas bien se yo lo que a mi me ha acontescido.*

Quidem)Certè Et)etiam

Ego) Pamphilus [scio quoq; quid acciderit tibi Dauo : nam id pater Simo mihi prædixerat.] *E yo tambien lo se.*

Euēnit)accidit, factum est [id]

More hominum)vt mos est, vt ferè fit, vt fieri solet, Vt tu)Pamphilus

Prius rescisceres)intelligeres

Quod mali)quid incōmodi [ego Dauus]

Sim nactus)perpeffus,

Quàm ego)Dauus [resciscerem]

Quod boni)quid scelicitatis, voluptatis

Euēnit)accesserit

Tibi)Pamphilo hero meo, *Esto acaescio como suele, que tu ayas sabido antes el mal que me uino, que yo*

que yo el bien que a ti te acaescio. Nam id vulgò dicitur, & ferè fit, vt mala potius resciscamus, quàm bona. [ô Daue]

Mea Glycerium reperit)inuēnit

Parentes suos) [quos tantopere reperire desiderabamus.] *hoc est, inuenta est esse ciuis Attica. Mi Glycerio ha hallado sus parientes.*

O)congratulantis admiratio.

Quàm)quantum [hoc est]

Bene factū)rectè contigit, *o que bien hecho.*

Hem) auscultans & hæc audiens Charinus, admiratur vt etiam gaudeat.

Pater)[Glycerij est factus]

Nobis)mihi Pamphilo

Summus amicus)familialis, *x mira mas, su padre es nuestro grande amigo.*

Quis)Quien es? [pater? tuusne, an Philumenæ? nempe]

Chremes) pater Philumenæ. *Es Chremes. [tu Pamphilus]*

Narras probè) rectè prædicas, vel quæ optima & grata mihi sunt, recensens, *Dizes muy bien.*

Nec est)erit [mihi Pamphilo]

Vlla mora) nec multum morabor, vel, nec vlla erit mora, hoc est quod dicitur, nulla erit difficultas.

Quin)quòd non [ego Pamphilus]

Ducam

Ducam eam) Glycerium

Vxorē) in vxorem, *Y no ay tardança ni diffi-
cultad alguna, sino q̄ yo luego me casare con ella.*

Num) Nunquid, an non

Ille) Pamphilus

Somniat) quasi per somnium narrat

Ea) [verba] Quæ) [ipse]

Vigilans) dum vigilaret

Voluit) optauit! *Sueña por uētura aquel lo que
descansa quando estaua despierto? Præ gaudio Cha-
rinus incertus est, an quæ dicit Pāphilus, ve-
ra sint, nec ne Tum) Cæterum*

[O] Daue) [quid actum est]

De puero) [quem ego sustuli à mea Gly-
cerio!] *Pues bien que se hizo del niño.*

Ah) cum fastidio audientis. [ô here]

Define) [me interrogare de puero] ne sis
anxius de puero, [etenim] Est solus) puer

Quem di diligunt) amant, blandientis cū
adulatione quadam locutio. hoc est, bene ha-
bet, huic di) tantopere fauent, atque incre-
mentum præstant, vt solus ab ijs diligi vi-
deatur. *No te fatigues, ni tomes pena por ello, que el
solo es a quien aman los dioses.*

Si hæc) [quæ refert Dauus de puero, Pā-
philus item de Glycerio]

Sunt vera) certa, [ego Charinus] Sum
salu) s) spes, bene habet res meæ. [Itaq; ego]

Colloq;

Colloquar) conueniam [vtrunque.] *Si estis
cosas son verdaderas, yo esto y en saluo, quiero le hablar.*

Quis est) [hic]

Homo) [qui ad nos accedit?]

O Charine) [tu]

Aduenis) ades Mihi) Dauo

In ipso tempore) opportunè, ad tempus,
*Quien es este? o Charino tu as uenido a muy buen
tiempo. [hoc est]*

Factum bene,) rectè contigit, aut euēnit,
gaudeo, o que bien hecho es.

Hem) Heus Charine

Audistin) Audistine [qd dixerim Dauo?
vel bonas fortunas meas?] *Pues bien has oydo?
[nempe ego audiu]*

Omnia) [quæ dixisti à principio.]

Age) [igitur] agedum [ô Pamphile]

Respice me) Charinum, memineris me,
sua me

In tuis rebus secundis) dum tibi res suc-
cedunt ex animi sententia, *Todo pues acuerda te
de mi en tus cosas prosperas.*

Nunc Chremes est tuus) [pater, vel ami-
cus,] [ego Charinus]

Scio) [ipsum Chremetem] Esse factu-
rū omnia quæ) [tu Pāphilus] Voles),
imperabis, petes ab eo, *Chremes agora es a ti.*

o esta en tu mano, yo se bie q̄ el hara todo lo que guerras

[Itaq;

[Itaq; si velis meo nomine petere Philumenam, scio hunc nunquam tibi denegaturum ego Pamphilus]

Memini) in memoria habeo [rem tuam,]

Atque adeo) sed enim, verum autem

Est longum) tædiosum esset

Nos) vtrunque nostrum

Expectare [hic] illum) ipsum Chremetē

Donec exeat) foris egrediatur, [ita; que o

Charine] Séquere me) Pamphilum

Intus) dum ingredior

Hac) [via,] [is Chremes]

Est nunc apud Glycerium) in domo Glycerij, *Tengo lo muy bien en la memoria, mas mucho tiempo nos seria aqui esperar hasta que salga: por tanto sigue me por aca hazia dentro: agora esta con Glycerio.*

[Ego curabo, vt si mecum ingrediaris ad illum, de Philumena tibi tradenda cū Chremete colloquar. Sed]

Tu Daue) conuertit sermonē ad Dauum.

Abi) recede, confer te

Domum) in domū nostram, Nolo enim te nunc venire ad meam Glycerium.

Propera) accelera gradum, Tu Dauo ue te a casa, y da te priessa. Accerse) conuoca

[seruos & pedisequas]

Qui auferant) transferant, ducant, comitentur Eam) Glycerium

Hinc)

Hinc) ex domo in qua nunc est,

Quid) Vt qd [tu Dauus] Stas) [hic:] ac si non satis celeriter Dauus properet.

Quid cessas?) Quin protinus acceleras gradum? *Llama a quien la acompaÑe a salir de casa que te estas ay: porque te detienes? [o here, ego Dauus]*

Eo) [accerfitū q eā auferāt.] *Χουογ.* Abeūt Pamphilus & Charinus ad Glyceriū. Dauus Interea sup pulpito postremo remanēs, spectatores alloq; tur his verbis: [o spectatores]

Ne expectetis) [hic in theatro,]

Dum) donec [Pamphilus & Charinus]

Exeant) redeant.

Huc) super hoc pulpito, [vt vobis, quæ agentur intus, recenseant, aut nuptiæ hic in conspectu vestro fiant,] [etenim]

Despondebitur) [Glyceriū Pamphilo, & Philumena Charino, hoc est, fient nuptiæ]

Intus) in proximis ædibus, *No espereys que salgan mas a fuera, porq; alla dentro los casaran.* [&]

Si est quid) aliquid

Quod restet) [agēdum,] quod ad nuptias spectat, præter id quod inter eos iam actum est, [id quidem]

Transigetur) absoluetur, tractabitur

Intus) in ædibus paternis, *si ay alguna cosa aun q; hazer, todo se acabara alla dētro.* [interea vos spectatores] Plaudite) fauete nobis, signū

Et lætitiæ,

lætitia, & bene placita vobis comœdiæ no-
stræ ostendite manuū applausu, *Hæc señales
de gozo, alegria y plazer.* [ego]

Calliopus) poeta Calliopes amicus, vel
Musis fauēs Recēsui) finē huic recitationi
comœdiæ impono, hactenus recitauī vobis
hæc comœdiā, veluti post orationē scribi so-
let, Dixi, *Yo he dicho, o representado esta comedia.*

SCHOLIA.

Obringere, pro Accidere & euenire, de re
Inopinata, & præter spem, haud temerè vna
quam nisi in tertijs personis reperitur. Tibi
obtingit quod plurimi exoptāt sibi, *Acontefio
te a ti, lo que muchos desean para si.* Plautus tamen
dixit, *Animò sis bono, facile exoptata ob-
tingent, Ten buen animo y coraçon, tus deseos fácil-
mente se cumpliran.* Quod cuique obtingit, id
quisque teneat, dixit Cicero. Cōtingit dixit
Horatius, *Quod fatis est, inquit, cui contin-
git, nihil amplius opter.*

Et quidem ego, dum respondemus, pro
ego quoq; vel, *Ego itidē scio quid mihi ac-
ciderit, ornatiùs, q̄ quod corruptè dici solet,*
Et ego etiam, *Y yo tambien.* Scis quod præce-
ptor hesternæ luce nobis Imperauerat me-
moriam tenendū? scio. Et quidem ego. *Aderis
die crastina publicis interrogationib; adero.*
Et quidem ego, multo elegantius q̄ *Et ego
quidem*

quidem, vel Et ego pariter, aut Et etiam
ego.

More hominū euēnit: hoc est, secundum
consuetudinē. Vt mos est, vt solet, pro mos
re, *Segun la costumbre.* More humani ingenij, di-
xit Sallustius, *segun que suelen los hombres.* Hic
autem præponitur eleganter, vbi prouer-
biale & tritum quiddam ex consuetudine
proferre volumus, quo loco plerunq; dici-
tur, *Esto acontefca muchas uezes.* Mos est ingenij
humani, vt cupido difficilia faciendi animū
verrat, *Acontefca muchas uezes que el grande deseo
de hazer cosas dificiles trastorna el animo.* Sic hoc
loco, Mos est hominum, vt prius mala quæ
sibi euenerint resciscant, quàm bona. More
fit, dixit Plautus. Est hoc in more positum,
Hæc se segun la costumbre. Facis tu quidem om-
nium more, *Tu cierto hazes segun la costumbre de
todos.* Moris est Germanorum, vt à conuiujs
nunquam nisi peregregiè poti recedant, *Co-
stumbre es de los Alemanes que etc.*

Nancisci mala dicimur, cū ea nobis præ-
ter spem, quasi cumulatè accedunt aut ob-
tingunt, *Alcançar males, o mal encuentro.* Ea enim
præter spem inuenimus. Lucrari in ea si-
gnificatione improprium est. In Phormio-
ne, Non triumpho ex nuptijs tuis, si nihil
nanciscor mali, *Si yo no gano alguna mala hora o*

Et ij mal

mal encuentro .

O factum bene, gaudentis, cum approbatione facti : corruptè dicas , O quòd hoc est bene factum, Quomodo hoc bene vadit , o que bien hecho. Sic variabis, Quàm hoc bene se habet, Quàm hoc successit foeliciter. O rectè factum, O factum probè, O dictum elegantè, O que bien dicho. O venustissime scriptum. Si verò admirationem non adiungas , tum quidem venustum erit, dum alicuius factum exprobrabis , quemadmodum paulò post statim dixit Terent . In tempore ipso mihi aduentis : respondet autem alter , Bene factum, vel Factum bene . corruptè dici solet, Hoc bene vadit, Bien hecho es. Fecisti hoc feci. Bene factum.

Narras probè, quod ineleganter dicitur, Tu bene dicis, Muy bien dices . Quoties alicuius dictum aut factum approbamus, tanquam nobis vehementer placeat . Variare poteris, Probè narras , facis probè, & quod te decet . Nam vera narras , & vera prædicas, concedentis est, & eius qui rem de qua sermo est ipse nouerit.

Est mihi summus amicus , & Summum amicum hunc habeo, idem quod alioqui ineptius proferè , Ipse est meus magnus amicus, Es mi grande amigo, Est mihi in intimis &
In

In intimis eius est, Es de sus grandes amigos. Sic, est mihi magna necessitudine deuinctus , & Intercessit mihi tecum magna necessitudo. hoc enim pacto variari possunt huiusmodi dicendi formulæ.

Nulla erit mora, quin hoc faciam, No aura tardança alguna que no haga yo esto. hoc est, Faciam sine mora, vel Nulla mora interiecta aut interposita. Statim hoc faciam. at nulla erit in me mora, aliud est . Significat enim quod vulgò dicitur, Non tenebit ad me. No estara por mi, no quedara por mi. hoc est, ego nihil morabor quominus hoc facias. nam Nihil moror, in hoc sensu, Ciceroni peculiare est.

Saluus sum, & Sum saluus, pro eo quod ineleganter dici solet, Ego sum bene . Yo esto saluo, o yo esto en seguridad. Saluus sum, si hæc vera sunt. Sum saluus, si quidem hic vera prædicat : hoc est, Sum tutus ab omni periculo. Nihil amplius est quod metuam. Huic locutioni ex aduerso respondet. Nullus sum, Hecho es de mi. Ita quoque Reuixi, in eundem modum dici potest, El animo me torno. quod alteri vocabulo respondet , Perij, aut interij , soy muerto, soy perdido:

Secundæ res, pro Bona fortuna, & bono aduentu quod dicimus, Buena hora, buena fortuna o dicha. Omnes cum secundæ res sunt

Tt iij maximè

maximè, tum maximè meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferant. hoc exemplo vides rem aduersam, secundis rebus opponi, *Mala hora y mala dicha*. Inuidentia, est ægritudo suscepta propter alterius res secundas, *Embidia es un dolor, que se toma a causa de la buena dicha de otro*.

Tuus sum, & Sum tuus. sic, Meus est, & Est meus, *Yo estoy a tu mandado, esta a mi mandado*. quòd ijs quæ nostra sunt, vtimur pro animi voluntate, eaq; vt volumus mouentur. quæ propter ait Terentius, Tuus est nunc Chremes, facturum quæ uoles scio esse omnia. *Estodo tu yo, yo se bien que hara todo lo que querras*.

Longum est nos illum expectare, dū exeat: quod corruptè dici solet, *Essemus multum hic ad expectandum*, *Mucho tiempo estariamos aqui esperandole*. Quoties aliquem diutius expectare nos tædet. An nōdum exit Iacobus: nondum. Cura vt exeuntem iubeas ad me venire. Longum est me hic illum expectare, dum exeat: nam nunc primū ingressus est. Accede intrò, multo facilius expectabis.

Apud illū est, *Esta con aquel, o acerca de aquel, o en su casa*. Ornatiùs dictum, quàm quod corruptè proferri solet, Ipse est in cubiculo, camera, vel domo illius. Vidistine Petrum hodie: vidi. Scis quonam concesserit: apud præcepto

ceptorem est: vel, nunc eum apud præceptorē esse puto. Eiusmodi cætera confingere poteris.

Abi domum, rectius quàm vel, I domum, vel ito domum, aut quod dicitur, *Eas domū, ve te a casa*. Tu Petre, abi domū, propera: hoc est, ab eo loco in quo nunc es, i domum.

Accerse qui hoc faciant, Accerse qui hoc auferant, magis comptè dictum, quàm voca aliquos, qui veniant huc & hoc faciant. Accerse Petrum, qui hoc faciat, *Llama a Pedro, que venga a hazer esto*. corruptè quidam proferunt, Dicas Petro vt veniat ad faciendum hoc.

Quid stas? quid cessas? instigantis aliquē locutio, & admonentis cum obiurgatione, vt acceleret & festinet: quo loco barbarè dicitur, *Quare non vadis cito? Quid facis ad expectandum? Cessare autem est quod vulgò dicitur, Cessar, detenerse*. Aeschinus odiosè cessare prandium corrumpitur, *Detienese mucho*. Ego vobis cessare nunc videor, cū bella nō gero.

Transigetur, id est quod vulgò dicas, *Concertar se ha, y tratar se ha*. nam transigere absolute, & cum addito, est *Concertarse, o hazer un concierto*. Monuit eos, si saperent, vt transigerēt, *Amonesto les, que se concertasen, si eran sabios*. Sic, Transigere tolerabili conditione, apud Ciceronem: & Verbo transigere, *Concertar con una palabra*.

palstra, Et, Mādavit vt cū Chryfogono trāst-
geret atq; decideret. paulò antè dictum est. Fa-
cta transacta omnia, *Todo esta hecho, todo esta
concertado.*

Plaudite, vocabulum (inquit Quintilianus) quo veteres comœdiæ & trægœdię clau-
debantur: quo vocabulo à cantore aut Calli-
opio pronunciato, tum quidem ita commo-
uebatur theatrum, vt nemo esset qui non (vt
inquit Plautus) manibus clare, quantum pos-
set, plauderet. fictitium verbum est à manuū
concussione, quæ gratulatoria erat, & læti-
tiæ signum indicās, quo streptu totum the-
atrum concitabatur. Quapropter Sergius
Galba plaudentes in teatro inhibuit, data
tessera, vt manus penulis continerent. Ab
eo verbo factum, vt applaudere dicamus ijs,
quorum gesta, mores, aut dicta approbamus.
Explodere autem eos, quorum verba, mores,
& actus nobis displicent, quod & exhibilare
dicitur, vocabula ad theatrum pla-
nè commoda. Herilli iam pridem
explosa sententia est, ait
Cicero. hoc est,
abrogata.

F I N I S.

✓ Anaphora est figura orationis
quando eodem intelligendus est per con-
tinuum. ut Pariter, qui nulli. orant

✓ anastrophe est figura orationis quando
causae vocata ponitur, ut urbem
quam Aetna, non est uerba

✓ Synchysis est figura orationis, quando
duabus diversis sententiis uerbum
non conueniens accommodatur
alteri